


John Carter Brown
Library
Brown University

Panzer VII, 457, 86. Edition fort rare, non citée par Harrisse, Leclerc et

Le premier F 1 (verso) du Compendium des Cortes de 5 zonis terrae contient le passage : Verum Americus Vespucius ja nostro secundo mons illum mundi fere, Portugalie Castiliaeque regum manibus .. " et à la marge se trouvent les mots "ZONA INCOGNITA"

VERY FINE COPY. LARGE MARGINS

2696

ed. 20

# Coſmographia

Pomponij Mele: Autho-
ris nitidiſſimi Tribus
Libris digeſta: puo q̄daʒ
Compendio Joannis
Coclei Norici
adaucta
quo
Geographie
principia genera-
liter cōprehēduntur/
Breuis q̄ʒ Germanie Deſcri
ptio/ Ad profectū Juuētutis Lau
rentiane Norinbergenſis imprimis:
Dein ad Ceterorum quoqʒ in litterarum
ſtudio ſucceſſus nūc prima ſui Editiōe in lucē ꝓfert.

Chelidonius Muſophilus Ad lectorē

Que canit hiſtorias diuino carmine Clio
Noſſe iubet terre climata diſcipulum.
Non ea/nauta minus q̄ʒ celum curet/ab Jndis
Conuectans merces Heſperia ue ſuas.
Bellorūqʒ duces/orbis decet eſſe peritos
Necnon geographum biblia ſacra volunt
Hec itaqʒ o Lector tibi collectanea Cocles
Pomponi interpres paucula diſſeruit
Paucula ſed quiſquis tibi viſus grandior: odis
Hec pueris Cocles non tibi diſſeruit.

Celeberrimo ac Preſtātiſſimo viro: Antonio Kreſs Ju. V. Doctori
Perſpicaciſſimo: Laurētiane eccl'ie Prepoſito obſeruādiſſimo / Dño
ſuo vnice colendo Joannes Cocleus S. P. D.

Quantū habeat momentū / Geographie cognitio: Eximie Dñe Prepoſite: ad
intelligentiā ⁊ hiſtoriaꝝ ⁊ fabularū / ipſiuſqꝫ Philoſophie / is recte diiudicabit
qui ⁊ ante ⁊ poſt eius ꝑceptionē / illis operā nauauit. Ego certe gemebūdꝰ ple-
rūqꝫ / effuſis etiā interdū lachrimis recordor: iacturā illā et tēpis ⁊ ſtudij / quā
in teneris annis paſſus ſū / dū vulgari inueterataqꝫ imbuerer barbarie / lege-
remqꝫ Poetarū carmīa / ſine principijs tū Grāmatice / tū Geographie. Credo
equidē / Geographiā id eſſe hiſtorijs / quod Sol eſt mūdo. hic lucē ꝓbet rebus
Illa ſcriptoribꝰ fidē: legētibꝰ intelligētiā. Huiꝰ lumine cōſpiciunt colores reꝝ:
illiꝰ deſcriptiōe cernūt res geſte. Huiꝰ deniqꝫ ꝑſentia iucūda fiūt nr̄a opa / illiꝰ
noticia iucūdiſſima hiſtoriaꝝ lectio. At abſente Sole / cece inhorreſcūt tenebre
occultant rerū facies / torpēt membra lāguet animꝰ: ingraneſcit ſomnꝰ Sic cer
te ignorato terre ſitu / lectio caligat hiſtorie / obnubilat textꝰ cōmentario / deficit
conatꝰ / horret mens / tepeſcit ingeniū ꝓlixitate ſil' ⁊ difficultate victū. Quid. ꝙ
pleriqꝫ dū vel ſacras ipſiꝰ Biblie legūt hiſtorias: ſcriptis fidē nō habent: Ve
rū vbi numeroſiorē ſolito exercitū legūt / vix ſe credituros affirmāt / ſi tot mu-
res ſcriberent. Neſciūt enī / quā lata ac populoſa fuerint regna Egypti. Syrie.
Aſie: ac Perſidis / latiſſimū credētes eſſe angulū / in quo ipſi habitāt. Quid ille
Doctor: q cū tribus milibꝰ paſſuū ꝑfectꝰ eſſet: mirabat tā amplū eſſe mundū:
ridiculus forte mūdi mappulā nō vidit vnqꝫ. Quo fit: vt cū noua nr̄a ſchola
ꝓ māſuetioribꝰ litteris ſit inſtituta / Janqꝫ diſcipuli ſil' cū Virgilio atqꝫ Sa
luſtio Ethimologie Diaſyntheticeqꝫ ꝑcepta audiuerint / Nūc paulo altiꝰ in-
ducēdi ſunt / gn̄a carminū ſil' cū ſyllabarū quātitate addiſcituri Operepreciū itaqꝫ
viſuꝫ eſt fore / ſi terre ſitū figuraliter ſaltē cognoſcant. Cuius cognitio / tanto eſt
preſtātior / q̄nto rarior ſil' atqꝫ vtilior. Proinde Pomponiū Melā. Authorem
antiquū (ↄtempaneū puto Julij Ceſaris) breuitate ↄpendioſum: ac latinitate
nitidū / Jāpridē eis traditurꝰ erā / niſi ex Colonia / neqꝫ tā diu expectaſſem ex-
emplaria. Quāobrē cū ego ꝓmiſerim eius explanationē: nec potuerint haberi
exēplaria: noua imprimi neceſſe eſt: Breuitatē aūt textꝰ / ꝙuo adiutabo ↄpēdio
q̄ Coſmographie prīa rudimēta ptineāt. Cōferet certe huiꝰmodi traditio / ne-
dū ad hiſtoriaꝝ poematūqꝫ intelligētiā / verūetiā ad phiam ⁊ ad Ptholomei
doctrinā. Jmmo vo ad cognitiōꝫ eoꝝ q̄ in iij. li. Meteoroꝝ ptinēt: videtur vehe
mēter neceſſaria. Nā ⁊ textus Ariſtotelis de varijs regiōibꝰ eqꝛibꝰqꝫ crebrā
facit mētiōꝫ / ⁊ Cōmētariolus (quē his diebus iā abſolui / ꝓpediēqꝫ imprimi
curabo) qꝫ plr̄ia ex Plinio Strabone ac Seneca / affert teſtimonia / Que ſine
Coſmographie gn̄ali ſaltē cognitiōe / plane intelligi nequeūt. Quo circa hunc
quoqꝫ nr̄m laborē: queſo. accipe: eo q̄ ⁊ ceteros accepiſti anio / tuūqꝫ ſb ꝑſidiū
benignus admitte. Vale ex ſcholis nr̄is. ſexto Jdus Octobris Anno Gratie
1511.

# Pꝛohemium.

ORbis ſitum dicere aggredioꝛ/impeditū opus/et facūdie
minime capax. Conſtat enī fere gentiū locoꝝqꝫ nomini-
bus/⁊ eoꝝ ꝑplexo ſatis oꝛdine: quē ꝑſequi longa eſt magis ꝙ̄ be-
nigna materia. Verū aſpici tamē cognoſciqꝫ dignissimū: ⁊ quod
ſi nō ope ingenij oꝛantis: at ipſa ſui cōtemplatione/preciū opere
atendentiū abſoluat. ¶ Dicam aūt alias plura et exactius: Nūc (Oꝛdo dicē-)
aūt vt queqꝫ erunt clarissima et ſtrictim: Ac pꝛimo quidem que (doꝛum)
ſit foꝛma totius/que maxime ꝑtes: quo ſingule modo ſint: vtque
habitent̄ expediaꝫ. Deinde rurſus oꝛas omniū et littoꝛa vt intra
extraqꝫ ſunt: atqꝫ ut ea ſubit/ac circūluit pelagus: additis que in
natura regionū incolarūqꝫ memoꝛanda ſunt. Id quo facilius
ſciri poſſit atqꝫ accipi: paulo altius ſumma repetetur.

## Totius Terre Mariſqꝫ genera-lis deſcriptio Capitulum Pꝛimū.

¶ Omne igit̄ hoc quicqd eſt: cui mundi celiqꝫ nomē indidimus
vnū ideſt/⁊ vno ambitu ſe: cūctaqꝫ amplectit̄. ¶ Partibꝰ differt: (Mundi)
Vnde Sol oꝛitur: Oꝛiens nūcupat̄/aut Oꝛtus. Quo demergit̄: (in q̄ttuoꝛ)
Occidēs vl' Occaſus. Qua decurrit/Meridies. Ab aduerſa ꝑte (partes di-)
Septentrio. ¶ Huic medio terra ſublimis cingit̄ vndiqꝫ mari: (uiſio.)
Eademqꝫ in duo latera/q̄ hemiſperia nominant̄ ab oꝛiente diuiſa
ad occaſum. ¶ Zonis quinqꝫ diſtinguit̄: Mediaꝫ Eſtus infeſtat. (Terre quī-)
Frigꝰ vltīaꝫ. Relique habitabiles paria agūt anni tēpa: verū nō (que Zone)
pariter. Antichthones alteram: nos alterā incolimꝰ. Illius ſitus
ob ardoꝛē intercedētis plage incognitus. Huius dicendus eſt. (Terra ha-)
¶ Hec ergo ab oꝛtu poꝛrecta ad occaſuꝫ (et qꝛ ſic iacet aliquāto (bitabilis)
ꝙ̄ vbi latiſſima eſt longioꝛ) ambit̄ omnis oceano: Quattuoꝛqꝫ
ex eo Maria recipit. Vnū a Septētriōe A meridie duo: Quartū
ab occaſu/Suis locis illa referent̄. ¶ Hoc pꝛimū Anguſtū nec (Anguſtia.)
amplius decem millibꝰ paſſuuꝫ patens terras aperit atqꝫ intrat (freti in ga-)
Tum longe lateqꝫ diffuſuꝫ abigit vaſte cedentia littoꝛa / ijſdēqꝫ (dibus)
ex diuerſo pꝛope coeuntibus adeo in arctuꝫ agit̄: vt minus mille (Anguſtia)
paſſibꝰ pateat. Inde ſe rurſus/ ſed modice admodum laxat rur- (Helleſpō-)
ſumqꝫ etiā ꝙ̄ fuit arctius exit in ſpatiū. Quo cū eſt acceptū ingēs (ti.)
iterū et magno ⁊ paludi ceterū exiguo oꝛe ꝯiungit̄. Id omne qua
venit/ quaqꝫ diſpergitur vno vocabulo noſtrum mare dicitur.

Anguſtias introitūqꝫ venientis:nos fretum:Greci Porthmos/ appellāt.¶ Qua diffundit alia alijs locis cognomina acceptat: Ubi primū ſe coartat Helleſpont⁹ vocatur. Propontis vbi expandit.Ubi iterū preſſit Thraci⁹ Boſforus:Ubi iterū effundit pontus Euxinus/qua paludi cōmittit chimeri⁹ boſphorus: palus ipſa Meotis.¶ Hoc mari/et duob⁹ inclytis amnib⁹ tanai et Nilo:In tres partes vniuerſuꝫ diuidit. Tanais a ſeptentriōe ad meridieꝫ vergens in mediā fere meotidē defluit/ et ex diuerſo Nilus in pelagus. Quod terraꝝ iacet a freto ad ea flumina/ ab altero latere Africam vocamus: Ab altero Europen.ad Niluꝫ Africam/;ad Tanain Europen.

Diuiſio terre habitabilis in tres ꝑtes

## Aſie deſcriptio gn̄alis.Capitu. ij.

Triplex Oceanus Aſie

¶ Ultra quicq̄d eſt/Aſia eſt.Tribus hāc e partib⁹ tangit Oceanus/ita nominib⁹:ut locis differēs.Eous ab Oriente/a Meridie Indicus.a Septētrione Scythicus. Ipſa ingenti ac ꝑpetua fronte verſa ad Orientē tantū ibi ſe in altitudinē effundit: quātū Europe ⁊ Africa/ et quod inter ambas pelagus immiſſum eſt.

Tres ſin⁹ Aſie

Inde cū aliq̄tenus ſolida ꝓceſſit ex illo Oceano:quē Indicū diximus Arabicū mare ⁊ Perſicum/ ex Scythico Caſpiū recipit et ideo qua recipit anguſtior. ¶ Rurſus expandit⁊ fit taꝫ lata q̄ fuerat.Deinde cū iaꝫ in ſuū fineꝫ aliarūqꝫ terraꝝ cōfinia/deuenit media noſtris equoribus excipit/reliqua altero cornu pergit ad Niluꝫ:altero ad Tanaim. Ora eius cū alueo Nili amnis ripis deſcēdit in pelag⁹ ⁊ diu ſicut illud incedit:ita ſua littora porrigit Deinde fit venienti obuiam ⁊ primum ſe ingenti ambitu incuruat:poſt ſe ingenti fronte ad Helleſponticū fretū extendit ab eo iterū obliquat ad Boſphoruꝫ/ iterūqꝫ ad Ponticū latus curua aditū Meotidos tranſuerſo margine attingit. Ipſa gremio ad Tanaim vſqꝫ cōplexa fit ripa:qua Tanais eſt.

Frons illa eſt Aſia minoꝛ.

¶ In ea primos hominū accipimus ab Oriente. Indos et Seres et Scythas.

Gētes aſie magne.

Seres media ferme eoe partis incolunt.Indi vltima/ambo late patentes:neqꝫ in hoc tantū pelagus effuſi.Spectāt etiā meridieꝫ Indi/ oramqꝫ indici maris/ niſi ꝙ eſtus inhabitabilem efficiūt: diu cōtinuis gentib⁹ occupant.Spectāt ⁊ ſeptētrionē Scythe ac littus ſcythicū.Niſi vnde frigorib⁹ arcent/ vſqꝫ ad Caſpiū ſinū poſſidēt.

Tres regiones iuxta Oceanum maxime

¶ Indis ꝓxima eſt Ariane.Deinde Aria ⁊ Cedroſis et Perſis ad ſinū Perſicū.huc populi perſaꝝ ambiūt. Illū alterū

Regiones Aſie maritime.

arabes. Ab ijs: quod in Africā reſtat: ethiopū eſt. Illic Caſpiani Scythis proximi ſinum caſpium cingunt: Vltra Amazones vl traqꝫ eas hyperborei eſſe memorantur. ¶ Interiora terrarum multe varieqꝫ gentes habitant Gandari. ⁊ Pariani. et Bactri. Suſiani. pharmacotrophi. bomarei. coamani. rophanes. dache ſuper ſcythas ſcytharumqꝫ deſerta ac ſuper caſpium ſinum. Comari Maſſagete. Caduſi. Hircani. Hiberi. Super Amazonas et Hyperboreos. Cimerij. Scythe. Antiache. Georgili. Moſchi. Corſite. Phoriſte. Riphaces. ¶ Atqꝫ vbi in noſtra maria tractꝰ excedit. Mati. antibarani/⁊ notiora iā nomina. Medi. Armeni' Comageni. Murrani. Vegeti. Cappadoces. Greci. Lycaones. Phryges. Perſe. Iſauri. Lydi. Syrocilices. ¶ Rurſus ex ijs/q̄ meridiem ſpectant: eedemqꝫ gentes interiora littora vſqꝫ ad ſinū perſicum. Super hunc ſunt parthi. ⁊ Aſſirij/ ſuper illum alterū Babylonij. ⁊ ſuper Ethiopas egyptij ripis Nili amnis ⁊ mari proxima ijdem Egyptij poſſident. ¶ Deinde Arabia anguſta fronte ſequētia littora attingit. ab ea vſqꝫ ad flexum illum: quem ſupra rettulimus. Syria ⁊ in ipſo flexu Cilicia. extra autē Lycia ⁊ Pamphilia. Caria. Ionia. Aeolis. Troas vſqꝫ ad helleſpontū. ab eo Bithyni ſunt ad thraciū boſporū. ¶ Circa pontū aliquot populi alio alioqꝫ fine. omnes vno nomine pontici dicuntur. ad lacum/meotici. ad Tanain Sauromate

Mediterranee regiones Aſie.

# Europe deſcriptio generalis. Capitulum Tercium.

¶ Europa terminos habet ab oriente Tanain et meotida et pontum a meridie reliqua noſtri maris. ab occidente Atlanticū a ſeptentrione Britannicum oceanū. Ora eius: forma littorū a Tanai ad helleſpontū: qua ripa eſt dicti amnis: qua flexum paludis ad ponticum redigit quia propontidi et heleſponto latere adiacet: contrarijs littoribus: Aſie/non oppoſita modo: verum etiam ſimilis eſt. Inde ad fretum nunc vaſte retracta: nunc prominens tres maximos ſinus efficit: totidemqꝫ in altū ſe magnis frontibus euehit. Extra fretum ad occidentē inequalis admodū ꝓcipue media q̄ ꝓcurrit ad ſeptentrionē: niſi vbi ſemel iterumqꝫ grandi receſſu abducitur: pene vt directo limite extenta eſt.

Quō a mari circūdatᷣ Europa. Ora Europe.

¶ Mare: quod primo ſinu accipit egeum dicitᷣ/Quod ſequēti in

Tres ſinꝰ Europe

ore/Jonium Adriaticum interius. Quod vltimo/nos Tuſcū: quod graij Thyrrenū ꝓhibēt. ¶ Gentiū prima eſt ſcythia alia quā dicta eſt a tanai media ferme pōtici lateris. hinc ī egei partē cōtinēs Thracie ac Macedonie adiungit̃. Tum grecia ꝓminet: Aegeūq̃ ab Jonio mari dirimit. ¶ Adriatici latus Jllyris occupat inter ipſum adriaticum ⁊ tuſcum Jtalia ꝓcurrit Jn tuſco intimo gallia eſt. Vltra hiſpania eſt. hec in occidentē deniq̃ etiā ad ſeptentrionē diuerſis frontib⁹ vergit. ¶ Deinde rurſus gallia eſt longe ⁊ a noſtris littoribus huc vſq̃ ꝓmiſſa. ab ea Germani ad Sarmatas porrigunt̃. illi ad Aſiam.

Gentes europe

## Africe deſcriptio gn̄alis. Ca. iiij.

Africe ſit⁹.

¶ Africa ab orientis parte nilo terminata: pelago a ceteris. ¶ Breuior eſt quidē quā europa quia nec vſquā aſie ⁊ nō totis hui⁹ littorib⁹ obtendit̃. Longior tn̄ ipſa quā latior. ⁊ qua ad fluuiū attingit latiſſima. Vtq̃ inde ꝓcedit: ita media ꝑcipue ī iuga exurgēs ꝑgit in curua ad occaſum: faſtigiatq̃ ſe molliter. ⁊ ideo ex ſpacio paulatim abductior. Vbi finit̃: ibi maxime anguſta eſt ¶ Quantū incolit̃ eximie fertilis. Verū ꝙ pleraq̃ eius inculta: et aut harenis ſterilib⁹ obducta: aut ob ſitim celi terrarūq̃ deſerta ſunt: aut infeſtant̃ multo ac malefico genere animaliū: vaſta eſt magis q̃ frequēs. ¶ Mare: quo cingit̃ a ſeptentrione libycū/a meridie ethiopicū. ab occidēte athlanticū dicim⁹. ¶ Ab ea parte q̄ libyco adiacet proxima Nilo ꝓuincia: quā Cyrenas vocant. Deinde cui toti⁹ regionis vocabulo cognomē inditū eſt: Africa. Cetera/Numide ⁊ mauri tenēt. Sed mauri in athlanticū pelag⁹ expoſiti: vltra Nigrite ſūt ⁊ pharuſij: vſq̃ ad ethiopas. hi ⁊ reliq̄ hui⁹ ⁊ totā lat⁹: quod meridiē ſpectat vſq̃ ī aſie cōfinia poſſidēt. ¶ At ſup ea: q̄ libyco mari abluunt̃ libyes egyptij ſunt: ⁊ leucoethiopes ⁊ natio frequēs multiplexq̃ getuli. Deinde late vacat regio ꝑpetuo tractu inhabitabilis. Tum primos ab oriēte Garamantas. poſt Augilas ⁊ Troglodytas et vltimos ad occaſum Athlantas audim⁹. Intra: ſi credere libet. vix iam homines/magiſq̃ ſemiferi egipanes ⁊ Blemmie ⁊ Gāphaſantes ⁊ ſatyri ſine tectis paſſim ac ſedib⁹ vagi/habēt potius terras quā habitent. ¶ Hec ſumma noſtri orbis. he maxime partes. he forme gēteſq̃ partiū. Nūc exacti⁹ oras ſituſq̃ dicturo: Jnde eſt cōmodiſſimū incipere: Vnde terras noſtrū pelagus ingredit̃. Et ab ijs potiſſi-

Magna pars africe deſerta.

Triplici mari cigit̃.

Gētes maritime africe/

Mediterranee nationes africe.

mum: que influenti dextra ſunt. Deinde ſtringere littora ordine quo iacent: peragratiſq; omnib⁹: que mare attingunt: legere etiã illa: que cingit oceanus: donec curſus incepti operis intra extraq; circũuectus orbem illuc: vnde ceperat: redeat.

# Particularis Africe deſcriptio. Capitulum Quintũ.

¶ Dictum eſt athlanticũ eſſe oceanũ: qui terras ab occidẽte cõtingeret hinc in noſtrũ mare pergentib⁹ leua hiſpania: mauritania dextra eſt: ¶ Prime partes ille Europe. he Africe. eius ore finis muluca caput atq; exordiũ eſt ꝓmontoriũ: quod greci ampeluſian afri aliter. ſed idẽ ſignificante vocabulo appellãt. In eo eſt ſpecus Herculi ſacer. ꝛ vltra ſpecũ Tinge oppidũ peruetus/ ab Anteo (vt ferunt) cõditũ / extat rei ſignũ parma elephantino tergore execto ingẽs: ꝛ ob magnitudinẽ nulli nũc vſuro habilis: quã locorũ accole ab illo geſtatã ꝓ vero habẽt/ tradũtq;: et inde eximie colunt. ¶ Deinde eſt mons paltus: ei quem ex aduerſo hiſpania attollit obiectus. hũc abilam: illũ calpen vocãt. colũnas Herculis vtrũq;. addit fama noĩs fabulã herculẽ ipſum iũctos olim ꝑpetuo iugo diremiſſe colles: atq; ita excluſum antea mole montiũ oceanũ: ad que nũc inundat admiſſum. Hinc iã mare lati⁹ fundit̃: ſummotaſq; vaſtius terras magno impetu inflectit ¶ Ceterum regio ignobilis: ꝛ vix quicq; illuſtre ſortita paruis opidis habitat̃. parua flumina emittit: ſolo q̃ viris melior: ꝛ ſegnicie gentis obſcura. Ex ijs tamẽ: que cõmemorare nõ piget. Montes ſunt alti qui cõtinẽter ꝛ quaſi de induſtria in ordinem expoſiti ob numerũ ſeptẽ ob ſimilitudinẽ fratres vocant̃. Tum vada fluuius: ꝛ ruſigada ꝛ ſiga parue vrbes: ꝛ port⁹: cui magno eſt cognomẽ ob ſpaciũ. Muluca ille: quẽ diximus: amnis eſt ingentiũ olim regnorũ terminus Bocchi Iugurtheq;. ¶ Ab eo Numidia ad ripas expoſita fluminis ampſaci ſpacio quidẽ q̃ mauritania anguſtior eſt: Verũ ꝛ culta magis ꝛ ditior/ Vrbiũ. q̃s habet maxime ſunt cyrtha ꝓcul a mari: nũc Sucianorũ colonia: quõdã regũ dom⁹ Iube. ꝛ Siphacis cũ foret opulẽtiſſima. Iola ad mare aliqñ ignobilis: Nũc q a Iube regia fuit: et quod ceſarea vocitat̃ illuſtris. ¶ Citra bãcnam in medio ferme littore

Mauritania re.
ampeluſia
Abilas et calpe dicũt̃ Colũnne. Herculis.
Regio ignobilis.
vij. mõtes fratres
Muluca fluuius.
Numidia

ſita eſt: Cartinna ⁊ arſinna ſunt oppida ⁊ ampſa caſtellū ⁊ latus
ſinus ⁊ ſardabale fluuius vltra monumētū cōmune regie gētis.
Deinde Icoſiū et ruthiſia vrbes effluentes. Inter eas Ancus et
Nabar aliaqꝫ / que taceri nullum rerum fame ve diſpendiū eſt.

Interioꝛ terra maris ſigna reti-net.

¶ Interius ⁊ longe ſatis a littoꝛe: ſi fidē res capit / mirūadmodū
ſpine piſcium: muricum: oſtreoꝛūqꝫ fragmenta: ſaxa attrita (vti
ſolent) fluctibus ⁊ non differentia / marinis infixe cautibus an-
choꝛe: Aliaqꝫ huiuſmodi ſigna atqꝫ veſtigia: effuſi olim vſqꝫ ad
ea loca pelagi in campis nihil alentibus eſſe inueniriqꝫ nar-
rantur.

Africa re. Oppida Affrice.

¶ Regio que ſequitur / a pꝛomontoꝛio Metagonio ad
Aras philenoꝛū / pꝛopꝛie nomen Africe vſurpat. In ea ſunt op-
pida Hippo regius et Ruſicade ⁊ Tabꝛaca. Deinde tria pꝛo-
montoꝛia. candidum. apollinis. mercucij. vaſte pꝛiecta in altum /
duos grandes ſinus efficiunt / hipponenſem vocant ⁊ pꝛoximū
ab hipponediarico: quod littoꝛi eius appoſitū eſt. In altero ſunt

Utica et Carthago

caſtra lelia. caſtra coꝛnelia. flumē Bꝛagada. Utica. ⁊ Carthago.
ambe indyte: ambe a phenicibus condite. Illa fato Catonis in-
ſignis. hec ſuo: nunc populi romani colonia: olim imperij eius
pertinax emula. Jam quidē iterū opulenta: etiā nunc tam pꝛioꝛū
excidio rerum quam ope pꝛeſentium clarioꝛ. ¶ Hadꝛumetū.
Leptis Clupea. habromacte. phyre neapolis. hinc ad ſyrtim ad-
iacent: vt inter ignobilia celeberrime. ¶ Syrti ſinus eſt centum
fere millia paſſuum: qua mare accipit. patens trecenta: qua cin-
gitur. Uerum impoꝛtuoſus atqꝫ atrox: ⁊ obuadoꝛū frequentiū
bꝛeuia magiſqꝫ etiam ob alternos motus pelagi affluentis ⁊ re-

Tritonis.

fluentis infeſtus. ¶ Super hunc ingens palus amnem Tri-
tona recipit. ipſa Tritonis: Unde ⁊ Minerue cognomen inditū
eſt (vt incole arbitrant) ibi genite: faciuntqꝫ ei fabule aliquā fidē:

Oꝛa. Mer. Legit. Oea ſyrtis magna.

quod quem natalem eius putant Ludicris virginum inter ſe de
certantium celebꝛant. ¶ Ultra eſt Oea oppidum ⁊ Cinyps flu-
uius per vberrima arua decidēs. Tum leptis altera et ſyrtis no-
mine atqꝫ ingenio par pꝛioꝛi. Ceterum altero fere ſpacio qua de-
hiſcit quaqꝫ flexum agit: amplioꝛ. eius pꝛomontoꝛiū eſt boꝛion.

Are philenoꝛ fratrū

¶ Ab eoqꝫ incipiens oꝛa quā lothophagi tenuiſſe dicunt vſqꝫ
ad phiconta ⁊ id pꝛomontoꝛiū eſt impoꝛtuoſo littoꝛe: pertinax
Are ipſe nomen ex phylenis fratribus traxere: qui contra cire-
naicos miſſi Chartagine ad dirimendum conditione bellum:
Diu iam de finibus et cum magnis amboꝛum cladibus

geſtum. Poſtqꝫ in eo quod cõuenerat nõ manebat/vt vbi legati cõcurrerãt certo tẽpore vtrinqꝫ dimiſſi ibi termini ſtatuerentur: pacti de integro/vt quicqd citra eſſet: popularib⁹ cederet mirũ et memoria digniſſimũ facinus/ hic ſe viuos obrui pertulerũt.

Hammonis oraculum

¶ Inde ad Catabatmon Cirenaica ꝓuincia eſt:in eaqꝫ ſunt hãmonis Oraculũ fidei indyte/ꝛ fons/quẽ ſolis appellãt/ꝛ rupes quedã auſtro ſacra/hec cũ hominũ manu attingitur ille immodicus exurgit/arenaſqꝫ q̃ſi maria agens ſic ſeuit:vt equor fluctibus/fons media nocte feruet/mox et paulatim tepeſcens fit luce frigidus:tunc vt Sol ſurgit ita frigidior/ ſubinde per meridiem maxime riget. ſumit deinde tepores iterũ et prima nocte calidus atqꝫ ut illa ꝓcedit ita calidior/rurſus cũ eſt media perferuet. In littore. Promontoria ſunt Zephyrion. ꝛ Hauſtathmos. Portus Paretoni⁹. ¶ Vrbes heſperia. Apollonia: Ptholomais. Arſinoe atqꝫ vnde terris nomẽ eſt ipſa Cyrene.

Oppida Cirenaice

Catabatmos finis africe.

¶ Catabatmos vallis deuexa in Egiptũ finit Affricã. Ore ſic habitant ad noſtrũ maxime ritum moratis cultoribus:niſi quod quidam linguis differũt et cultu deorum quos patrios ſeruãt ac patrio more venerantur.

Gẽtes dure atqꝫ agreſtes.

¶ Proximis nulle quidẽ vrbes ſtant/tamẽ domicilia ſunt. que Mapalia appellant/victus aſper ꝛ mundicijs carens. Primores ſagis velantur vulgus beſtiarũ pecudumqꝫ pellibus / humi quies epuleqꝫ capiunt. Vaſa ligno fiunt/aut cortice. Potus eſt lac/ſuccuſqꝫ baccarũ. Cibus eſt caro plurimũ ferina:nam gregibus(quia id ſolum optimũ eſt)quoad poteſt parcitur. Interiores etiã incultius/ſequuntur vagi pecora: vtqꝫ a pabulo ducta ſunt / ita ſe ac tuguria ſua promouent / atqꝫ vbi dies deficit ibi noctem agunt. quamqꝫ in familias paſſim et ſine lege diſperſi. Nihil in cõmune conſultant/ tamẽ quia ſingulis aliquot ſimul coniuges /et plures ob id liberi agnatiqꝫ ſunt/nuſquam pauci.

Athlantes populi

¶ Ex his qui vltra deſerta eſſe memorantur Athlãtes ſolem execrantur/et dum oritur ꝛ dum occidit vt ipſis agriſqꝫ peſtiferũ. Nomina ſinguli non habent. Non veſcunt animalibus. Neqꝫ illis in quiete:qualia ceteris mortalib⁹ viſere datur.

Troglodyte.

¶ Troglodyte nullarum opum domini/ſtrident magis quam loquuntur: ſpecus ſubeunt:alunturqꝫ ſerpentibus.

Garamãtes.

¶ Apud Garamantas etiam armenta ſunt ea/que obliqua ceruice paſcunt. Nam pronis directa in humum cornua officiũt. Nulla certa vxor eſt: ex his qui tam confuſo parẽtũ coitu paſſim incertiqꝫ naſcuntur:

Augile po quos pro ſuis colant/forme ſimilitudine agnoſcunt. ¶ Augile manes tantum deos putant/per eos deierant:eos vt oracula cõſulunt/precatiq;:que volunt vbi tumulis incubuere pro reſponſis ferunt ſomnia. Feminis eorum ſolenne eſt nocte:qua nubunt omniũ ſtupro patere:qui cum munere aduenerint ⁊ tum cũ plurimis pcubuiſſe maximũ/dec⁹/in reliquũ pudicicia inſignis eſt.

Gãphaſãtes populi ¶ Nudi ſunt Gamphaſantes / armorumq; omnium ignari/ Nec vitare ſciunt tela nec iacere/ideoq; obuios fugiũt:neq; aliorum (quã quib⁹ idem ingenij eſt) aut cõgreſſus aut colloquia
Blemie. patiuntur. ¶ Blemijs capita abſunt/vultus in pectore eſt.
Egypanes Satyris pter effigiem nihil humani / Aegypanum que celebrãt ea forma eſt. Hec de Africa.

## Aſie deſcriptio pticularis. Ca. vj.

Egyptus ¶ Aſie prima pars/Egyptus inter Catabatmon ⁊ Arabas:ab hoc littore penitus immiſſa donec Ethiopiam dorſo contingat ad meridiem refugit. Terra expers imbriũ/mire tamen fertilis
Nilus flu et hominũ aliorumq; animaliũ perfecunda generatrix: Nilus efficit amnium in noſtrum mare permeantium maximus. hic ex deſertꝭ Africe miſſus nec ſtatim nauigari facilis:nec ſtatim Nilus eſt: et cum diu ſimplex ſeuuſq; deſcendit circa Meroen late patentẽ inſulam:in Ethiopiam diffundit:alteraq; ex parte Aſtabores altera Aſtape dictus eſt/vbi rurſus coit ibi nomen hoc capit. Inde partim aſper/partim nauigia patiens in immanem lacum deuenit/ex q̃ precipiti impetu egreſſus et talenſo alteram inſulam amplexus:vſq; ad Elephãtilem vrbem egyptiam atrox
Diuiſio Nili. adhuc feruenſq; decurrit. ¶ Tum demũ placidior et iam pene nauigabilis:primũ iuxta certaſorum oppidum triplex eſſe incipit. Deinde iterumq; diuiſus ad Deltam et ad Melin it per omnẽ Egiptum vagus atq; diſperſus/Septemq; in ora ſe ſcindens:ſingulis tamẽ grandis: euoluit. ¶ Non pererrat aũt tm̃
Eſtate creſcit:du; ſol eſt i Cãcro eam ſed eſtiuo ſydere exundãs etiã irrigat:adeo efficacib⁹ aquis ad generandũ alendumq; / vt pter id/quod ſcatet piſcib⁹:quod Hyppopotamos Cocodrilloſq; vaſtas Beluas gignit:Glebiſ etiã infundat animas:ex ipaq; humo vitalia effingat. hoc eo manifeſtũ eſt/quod vbi ſedauit diluuia:ac ſe ſibi reddidit:p humentes campos quedã nõdũ pfecta animalia/ſed tũ primũ accipiẽtia ſpiritũ ⁊ ex pte iam formata ex parte adhuc terrea viſunt.

¶ Creſcit porro: ſiue quod ſolute magnis eſtibus Niues ex immanibus Ethiopie iugis largius quam ripis accipi queant/ de fluunt: Siue ꝙ Sol hyeme terris propior: et ob id fontem eius minuens tunc altius abit: ſinitq; integrum: et vt eſt pleniſſimus ſurgere/ Siue ꝙ ꝑ ea tempora flantes Etheſie/ aut actas a Septentrione in meridiem nubes ſuper principia eius imbre precipitant / aut venienti obuie aduerſo ſpiritu curſum deſcendentis impediunt: aut harenis quas cū fluctibus littori applicant hoſtia obducūt: Fitq; maior: vel ꝙ nihil ex ſemet amittit/ vel quod pluſquam ſolet accipit / vel quod minus quam debet emittit. Quod ſi eſt alter orbis: ſūtq; oppoſiti nobis a meridie Anthichthones. ne illud quidem a vero nimiū abſceſſerit / in illis terris ortū amnē/ vbi ſubter maria ceco alueo penetrauerit/ in noſtris rurſus emergere/ ⁊ hac re ſolſticio accreſcere: ꝙ tū hyems ſit vnd oritur. ¶ Alia quoq; in his terris mira ſunt. In quodā lacu Chemnis inſula: Lucos ſyluaſq; et Apollinis grande ſuſtinēs templū Natat. et quocunq; venti agunt/ pellitur. ¶ Pyramides tricenum pedum lapidibus extructe: quarum maxima (tres nanq; ſunt) quattuor fere ſoli iugera: que ſede occupat/ totidem in altitudinem erigitur. ¶ Moeris aliquando campus/ nūc lacus vigintimillia paſſuum in circuitu patens: altior quam ad nauigandum magnis onuſtiſq; nauibus ſatis eſt.

¶ Pſaminetie opus Labyrinthus/ domos mille et regias duodecim: perpetuo parietis ambitu amplexus/ marmore extructus ac tectus vnū in ſe deſcenſum habet/ intus pene innumerabiles vias multis ambagibus huc et illuc remeantibus/ ſed continuo anfractu ⁊ ſepe reuocatis porticibus ancipites: quibus ſubinde alium ſuper alios orbem agentibus ⁊ ſubinde tantum redeunte flexu quantū proceſſerat: magno et explicabili tamen errore perplexus eſt. ¶ Cultores regionum multo aliter a ceteris agunt / mortuos fimo obliti plangunt nec cremare / aut fodere fas putant / verum arte medicatos intra penetralia collocant. Suis litteris peruerſe vtuntur. Lutum inter manus/ farinam calcibus ſubigunt. Forum ac negocia femine/ viri penſa ac domos curant/ onera ille humeris/ hi capitibus accipiunt. Parentes cum egent/ illis neceſſe eſt/ his liberum eſt/ alere. Cibos palam ⁊ extra ſua tecta capiunt Obſcena intimis edium reddunt.

Que cauſa eius inūdationis

Etheſie vēti Boreales ānui dicūt latie ꝙ ſigulis annis pꝰ ſolſticiū eſtiuū xl. diebꝰ ſpirant

Inſula natans

Pyramides.

Meris

Labyrīthꝰ

Mores Egyptiorū.

Colunt effigies multorum animaliū/ atq; ipſa magis animalia. ſed alij alia: adeo vt quedam eorū etiam per imprudentiaz interemiſſe capitale ſit: et vbi morbo aut forte extincta ſint ſepelire ac lugere ſolenne ſit.

Apis de eorū quaſis ſit. ¶ Apis populorum omniū numen eſt Bos niger certis maculis inſignis/ ⁊ cauda linguaq; diſſimilis aliorū raro naſcitur/ nec coitu pecoris (ut aiunt) ſed diuinitus et celeſti igne conceptus. dieſq; quo gignitur/ genti maxime feſtus eſt.

Vetuſtas egyptiorū. Ipſi vetuſtiſſimi (vt predicant) hominum/ trecentos et triginta Reges ante Amaſim/ et ſupra tredecim millium annoruz etates certis annalibus referunt. mandatumq; litteris ſeruant/ dum Egiptij ſunt quater curſus ſuos vertiſſe ſydera/ ac ſolem bis iaz occidiſſe vbi nūc oritur.

Vrbes Egypti. Vigintimillia vrbium Amaſi regnante habitarunt: ⁊ nunc multas habitant. Earum clariſſime procul a mari. Says. Memphys. Syene. Bubaſtis. Elephantin. ⁊ Thebe que (ut homero dictū eſt) centū portas: ſiue (vt alij aiūt) centum aulas habent/ totidē olim principum domos/ ſolitaſq; ſingulas vbi negocium exegerat: dena armatorum millia effundere.

Thebe centum portarum. In littore Alexandria Africe cōtermina/ pelusium Arabie: ipſas oras ſecant. Canopicum. Volbiticum. Seuenitícū. Pathameticum. Mendeſium. Cataptiſcum. Peluſiacum Nili oſtia.

Arabia. ¶ Arabia hinc ad rubrum mare pertinet. ſed illic magis leta et ditior thure atq; odorib⁹ abundat. hic niſi qua Caſſio monte attollitur plana et ſterilis/ portum admittit azotum ſuaz mercīū Emporium. Qua in altum abit: adeo edita / vt ex ſumno vertice a quarta vigilia ortum Solis oſtendat.

Caſſi⁹ mōs. Azot⁹ portus.

# De Syria Capitulum vij.

Multe partes Syrie. ¶ Syria late littora tenet/ terraſq; etiaz latius introrſus alijs alijſq; nuncupata nominibus. Nam et cele dicitur et Meſopotamia. et Damaſcene. et Adiabene. ⁊ Babilonia. ⁊ Judea. ⁊ Colophone. Hinc paleſtina eſt/ qua tangit Arabas cuz phenice/ et vbi ſe Cilicie committit. Antiochia. olim ac diu potens/ Sed

Regina ſyrie. Semiramis. cum eaz regno Semiramis tenuit longe potentiſſima: operibus certe eius inſignia multa ſunt. duo maxime excellunt. conſtituta vrbs mire magnitudinis Babylon: ac ſiccis olim regionibus Euphrates ⁊ tygris immiſſi. Ceterū ī paleſtina eſt ingēs ⁊ munita admodū Gaza (ſic Perſe Erariū vocāt) ⁊ inde nomē eſt. quod cū Cambyſes armis Egiptuz peteret huc belli et opes ⁊ pecuniā

intulerat. ¶ Eſt non minoꝛ aſchalon. eſt Jope ante diluuium (vt ferũt) condita: vbi cephea regnaſſe eo ſigno accole affirmãt: q᷒ titulũ eius fratriſq; phinei: veteres quedã are cum religione plurima retinẽt. quin etiã rei celebꝛate carminib⁹ ac fabulis/ ſeruateq; a perſeo Andromede clarum veſtigiũ belue marine oſſa immania oſtentãt. ¶ Phenicen illuſtrauere phenices / ſolers hominum genus/ ꝛ ad belli paciſq; munia eximiũ: litteras et litterarum operas: aliaſq; etiã artes/ maria nauib⁹ adire/ claſſe cõfligere/ imperitare gentib⁹/ regnũ pꝛeliũq; cõmenti. Jn ea eſt Tyros aliquãdo inſula nũc annexa terris defecit: q᷒ ab impugnãte quõdam Alexãdro iacta opa vici tenẽt vlterioꝛa: ꝛ adhuc opulẽta Sydon anteq; a Perſis caperẽt Maritimarũ vrbiũ maxia: ab ea ad pꝛomõtoꝛiũ eupꝛoſopõ duo ſunt opida/ Bubos ꝛ Bactros: vltra tria fuerẽt ſingl'is inter ſe ſtadijs diſtãtia loc⁹ ex nũero tripolis dr̃. Tũ Smyrna caſtellũ/ ꝛ vrbs nõ obſcura marathos

Aſchalon. op.
Joppe op
Phenices. populus
Tyros aliqñ Jnſula
Sydon op.
Tripolis.

# Minoꝛis Aſie deſcriptio Ca. viij.

¶ Jnde iam nõ obliqua pelago ſed aduerſa adiacens a terra grandẽ ſinum inflexo tractu littoꝛis accipit. populi dites circũſident. ſitus efficit: quia regio fertilis. crebꝛis et nauigabilib⁹ alueis fluminũ peruia/ diuerſas opes maris atq; terrarum facili commercio permutat ac miſcet. ¶ Jn eo pꝛima eſt reliqua pars ſyrie: cui anthyochie cognomẽ addit. et in oꝛa eius vrbes Seleucia. Hyppatos. Berithos. Laodicea. Aroſos amneſq; inter eas eunt/ Lychos et hyppatos et Oꝛontes. Tum mõs Amanus ꝛ ab eo ſtatim mariandros ꝛ cilices. ¶ At in receſſu intimo locus eſt magni aliquãdo diſcriminis fuſoꝛum ab Alexãdro perſarum fugientiſq; Darij ſpectatoꝛ ac teſtis. Nunc ne minima quidem tunc ingenti vrbe celebꝛis Jſſos fuit/ ꝛ hac re ſinus iſſicus dicitur. ¶ Procul inde Amynodes pmontoꝛiũ inter Pyramum Cydnumq; fluuios iacet. Pyramus iſſo pꝛioꝛ maloſen pꝛeterfluit. Cydnus vltra per tharſum exit. ¶ Deinde vrbs eſt olim a Rhodijs argiuiſq; poſt pyratis (Pompeio aſſignãte) poſſeſſa/ nũc Pompeiopolis tunc ſoloe. Juxta in paruo tumulo Arati poete monimentũ ideo referendũ/ quia ignotum/ quã ob cauſam iacta in id ſaxa diſſiliunt. ¶ Non longe hinc Coꝛycos oppidũ poꝛtu ſaloq; incingit/ anguſto tergoꝛe cõtinenti annexũ. ¶ Supꝛa ſpecus eſt nomĩe coꝛycius ſingulari

Aſia minoꝛ fertilis et diues
Anthiochia

ingenio ac ſupra (quã vt deſcribi facile poſſit) eximius Grandi nanq̧ hiatu patens montẽ littori appoſitũ: ⁊ decem ſtadiorum cliuo ſatis arduũ ex ſũmo ſtatim vertice aperit. Hic alte demiſſus et quãtũ demittit̃: amplior viret lucis pubentib⁹ vndiq̧ ⁊ totũ ſe nemeroſo laterũ orbe ꝯplectit̃: adeo mirificus ac pulcher/ vt mẽtes accedẽtiũ primo aſpectu cõſternat: vbi cõtemplati durauere nõ ſaciat. Unus in eo deſcẽſus eſt anguſtus/ aſper/ quingẽtorũ ⁊ mille paſſuũ/ ꝑ amenas vmbras ⁊ opaca ſylue quiddã agreſte reſonãtis/ riuis hĩc atq̧ illinc fluitãtib⁹. Ubi ad ima ꝑuentũ eſt: rurſus ſpecus alter aperit̃/ ob alia dicẽdus. Terret ingredientes ſonitu cymbalorũ diuinit⁹ ⁊ magno fragore crepitãtiũ. Deinde aliquãdiu ꝑſpicuus/ mox ⁊ quo magis ſubit̃ obſcurior ducit au ſos penitus/ alteq̧ q̃ſi cuniculo admittit/ Ibi ingens amnis/ ingenti frõte ſe extollẽs tãtũmodo ſe oſtendit: et vbi magnũ impetũ breui alueo traxit/ iterũ demerſus: abſcõdit̃. Intra ſpatiũ eſt magis quã vt ꝓgredi quiſquã auſit horribile: ⁊ ideo incognitũ. Totus aũt anguſtus/ ⁊ vere ſacer: habitariq̧ a dijs/ ⁊ dignus ⁊ creditus nihil nõ venerabile/ et quaſi cũ aliquo numine ſe oſtentat.

Specus Typhoneus. ¶ Alius vltra eſt/ quẽ Typhoneum vocãt/ ore anguſto ⁊ multũ (vt experti tradidere) ꝓſſus/ et ob id aſſidua nocte ſuffuſus neq̧ vnq̧ perſpici facilis: ſed q2 aliquãdo cubile Typhonis fuit ⁊ q2 nũc demiſſa in ſe ꝓfeſtim exanimat natura fabulaq̧ memorãd⁹.

Sarpedõ. Anemuriũ ¶ Duo deinde ꝓmõtoria ſũt: Sarpedon finis aliquãdo regni Sarpedonis/ ⁊ quod Ciliciã a Pamphilia diſtinguit: Anemurium/ interq̧ ea Cetãdaris ⁊ Natidos Samior colonie/ Sȝ Cetãdaris Sarpedoni ꝓpior.

Pãphilia. ¶ In Pamphilia eſt Melas nauigabilis fluui⁹/ opidũ Sida/ et alter fluuius: Eurymedõ: magna apõ eũ Cymonis Atheniẽſiũ ducis aduerſus Phenicas ⁊ Perſas naualis pugna atq̧ victoria fuit Mare: quo pugnatũ eſt ex edito admodũ colle ꝓſpectat Aſperidos/ quaȝ Argiui ꝯdiderãt poſſidere finitimi. Deinde alij duo validiſſimi fluuij: Oeſtros et Carathes: Oeſtros nauigari facilis: hic q2 ſe p̃cipitat ita dictus. Inter eos Perga ẽ oppidũ ⁊ Diane q̃ȝ (ab oppido Pergeã vocãt) tẽpliũ. Trãs eoſdẽ/ mõs Sardemiſos/ ⁊ Phaſelis a Mopſo cõdita.

Lycia ¶ Finis Pamphilie Lycia cõtinuo: cognominata a Lyco rege Pãdionis filio atq̧ (vt ferũt) infeſtata olim Chymere ignibus/ Syde portu/ et tauri ꝓmontorio grandem ſinũ claudit.

Taurus ¶ Taurus ipſe ab Eois littoribus exurgens vaſte ſatis attollit̃.

Deinde dextro latere ad Septẽtrionẽ/Siniſtro ad meridiẽ v̓ſus it in Occidenteꝫ rectus ⁊ perpetuo iugo magnarũqꝫ gentiũ qua dorſuꝫ agit terminus:vbi terras dirimit exit in pelagus.Idẽ aũt et totus vt dictus eſt:dicit̃ etiã qua ſpectat orientẽ. Deinde Hemodes ⁊ Caucaſus et Propaniſus tum Caſpie Pile Niphates et Armenie Pile:et vbi iaꝫ noſtra maria cõtingit Taurus iterũ.

¶ Poſt eius ꝓmontoriũ flumẽ eſt Lymira/ ⁊ eodẽ nomine Ciuitas/atqꝫ vt multa oppida/ſic p̄ter Pataram nõ illuſtria.Illaꝫ nobilem facit delubrũ Apollinis quondã opibus et oraculi fide Delphico ſimile.Vltra eſt Xanthus flumẽ/et Xanthos oppiduꝫ mons Cragus/⁊ que Lyciã finit vrbs Telmiſos. *Lymira ꝓparata op*

¶ Caria ſequit̃ habitat̃ incerte originis/alij indigenas / ſũt qui Pelaſgos: quidã Cretas:exiſtimãt:genus vſqꝫ eo quõdã armorũ pugneqꝫ amãs:vt aliena etiã bella mercede agerẽt. Hic Caſtella aliquot ſunt.Deinde ꝓmõtoria duo Pedaliõ ⁊ Citria/⁊ ſecũdũ Galbiã amnẽ Gaunus oppidũ/valitudine habitãtiũ in fame. *Caria regi*

¶ Inde ad Alicarnaſſon hec adiacẽt/Rhodiorũ aliquot colonie portus duo:Gelos:⁊ cui ex vrbe:quã amplectit̃ Thyſſamiſſa cognomẽ eſt.Inter eos oppidũ Larumna ⁊ Pandion collis in mare emiſſus/tum tres ex ordine ſinus.Thymnias.Schenus.Bubeſius. *Tres ſinꝰ.* Thymne ꝓmõtoriũ Afrodiſiũ eſt.Schenꝰ ambit Hilã.Bubeſius Cynotũ / Cydnꝰ in cornu peneinſule.Interqꝫ eã et Tetraticũ ſinũ in receſſu poſita Eutiana.

¶ Alicarnaſſos Argiuorũ colonia eſt/⁊ cur memorãda ſit p̄ter ꝯditores:Mauſoleũ efficit regis Mauſoli monimẽtuꝫ/vnũ de miraculis ſeptẽ Arthemiſie opus. *Alicarnaſſos.*

¶ Trãs Alicarnaſſon illa ſũt littꝰ Leuca: vrbes Myridos Arũãda: Neapolis.ſinus Iaſus ⁊ Baſilicus.in Iaſo ẽ Barcyllos

¶ Poſt Baſilicũ Ionia aliquot ſe ambagibꝰ ſinuat ⁊ primũ a poſſideo ꝓmontorio inflexũ inchoans cingit oraculũ apollinis dictũ olim Bramatie nũc Didymi. Miletũ vrbẽ quõdã Ionie tociꝰ belli paciſqꝫ artibꝰ pricipẽ patriã Thaletis aſtrologi/⁊ Thymothei muſici/et Anaximandri phyſici aliorũqꝫ ciuiũ inclytis ingenijs merito inclytã.vtcũqꝫ Ioniã vocãt vrbẽ Hyppin amnis Meãdri exitũ.Latmũ mõtẽ Endymiõis a Luna (vt ferũt) Adamati fabula nobilẽ. *Ionia re.* *Meletum oppidum*

¶ Deinde rurſus inflexa cingit vrbẽ Prienẽ et Geſi fluminis oſtium / moxque vt maiore circuitu / ita plura complectitur:Ibi eſt Panioniũ ſacra regio / et ob id eo nomine appellata:qd̓ eã cõmuniter Iones colũt/ibi afugitiuis (vt aiũt) *Priene.*

Ephesus condita nomē fame annuit phygeta. Ibi Ephesus ⁊ Dyane clariſſimū templū quod Amazones aſia potite cōſecraſſe tradunt /
Cayſtros Ibi Cayſtros amnis: Ibi Lybedos / clarijꝗ Apollinis fanum
Lybedos qđ Māto Treſie filia fugiēs victores Thebanoꝝ / Ephygonos
Colophō et Colophon / quā Mopſus eiuſdez Manthos filius ſtatuit ad
Smyrna promontoriū / quo Sinus clauditur / quod altera parte aliū: quē Smyrneum vocant efficit / anguſtiſꝗ ceruicib⁹ reliqua extendit in latius / abit in Peninſule faciē. ¶ Super Anguſtias hinc
Teos Teos: illinc Clazomena / ⁊ quia terga agunt cōfinio adnexa ma-
Clazomēa ri / diuerſis frōtibus diuerſa maria proſpectant / in ipſa Penin-
Coryna ſula: eſt Coryna / In ſinu Smyrneo eſt Termodō amnis: ⁊ vrbs
Termodō leuca: extra phocis Ionie vltima. ¶ Proxima regio: ex quo
Eolis ab Eolijs incoli cepit Eolis facta: ante Myſia: ⁊ qua Helleſpon
Miſia tum attingit Troianis poſſidētibus Troas fuit. Primam vrbē
Troas a Myrino conditore Myrinam vocant. Sequentē Pelops ſtatuit: victo Enomao reuerſus ex Grecia. Zimon nominauit Pulſis: qui habitarant / dux Amazonuz Zime. Supra Caycus inter Eleam decurrit ⁊ Phytanem illā: que Archeſilan tulit nihil affirmantis Achademie clariſſimū Antiſtitem: Tum in Promontorio eſt Cyrma oppidum / quod pretervectos ſinus excipit non paruus / ſed longe ac molliter flexus / retrahenſꝗ paulatim oras vſque ad ima montis Idae. ¶ Iſthmos paruis vrbibus aſperſus eſt: quarū clariſſima eſt Ciſtena / gremio interiore cāp⁹ Thebe / nomine Adrymetion. Auſtram Creſſam oppida eodem quo dicta ſunt ordine adiacentia cōtinent. ¶ In altero latere
Antandros Antandrū duplex cauſa nominis iactatur: Alij Aſcanium Enee filium cū ibi regnaret captū a Pelaſgis: ea ſe redemiſſe cōmemorant. Alij ab ijs putant conditam quos ex Andro inſula vis et ſeditio exegerat. Hintandrum quaſi A pro Andro: illi quaſi ꝓ viro accipi volunt. Sequens tractus tangit Gargara et Aſſona Etholorum colonias. Tum ſinus alter Acheton limen nō lōge ab Ilio littora incuruat / vrbe bello excidioꝗ clariſſima. Hic Sigeum fuit opidum. hic Achiuorū fuit bellantiū ſtatio. Huc
Sigeū op. ab Ideo monte demiſſus Scamāder exit et Symois: fama quā
Scamander fluui⁹ natura: maiora flumina. ¶ Ipſe mons vetere diuarum certamine / et iudicio paridis memoratus: orientem ſolem / aliter quaz
Symois fl in alijs terris ſolet aſpici / oſtentat: namꝗ ex ſummo vertice ei⁹
Ide⁹ mōs ſpeculantibus pene a media nocte ſparſi ignes paſſim micare / et

vt lux appropinquat/ita coire ac ſe coniungere videntur/donec magis magiſqꝫ collecti pauciores ſubinde ⁊ vna ad poſtremum flamma ardeant:ea cum diu clara ⁊ incēdio ſimilis effulſit.cogit ſe ac rotūdat ⁊ fit ingens globus diu.Js quoqꝫ grandis ⁊ terris adnexus apparet deinde paulatim decreſcens ⁊ quāto decreſcit eo clarior fugat nouiſſime noctem:et cum die iam ſol factus attollitur. Extra ſinum ſunt rhethea littora a Retheo/ et dardania Retheus
claris vrbibus Aiacis tamen ſepulchro maxime illuſtria. ¶ Ab Dardania
his fit arctius mare.nec iam abluit terras ſed rurſus diuidens
anguſto helleſponti freto littus obuium findit/ facitqꝫ vt iterum helleſpōtꝰ.
terre qua fluit latera ſint.Jnterius bythini ſunt et marian dynei.
Jn ora graie vrbes abydos ⁊ Lampſacū et parion et priapos.
¶ Abydos magni quondam amoris commertio inſignis eſt/ Abydos.
Lampſacum phoceis appellantibus nomē ex eo traxit. quod cō Lampſacꝰ
ſulentibus in quaſnā terras potiſſimū tenderent reſpōſum erat
vbi primū fulſiſſet ibi ſedem capeſcere. Tum rurſus fit apertius Propōtis.
mare ꝓpontis.Jn id granicus effundit̃ pugna que primū inter Granicus
perſas et Alexandrū fuit nobilis. ¶ Trans amnem ſedet in ceruice pene inſule cyzicum nomen cyzicus indidit: quem a minyis Cyzicus.
imprudentibus cum colchos peterent fuſum Acie ceſumqꝫ accepimus. Poſt plagea ⁊ cylace parue pelaſgorum colonie/quibus
a tergo imminet mons olympus: vt incole vocant. ¶ Myſius Miſiꝰ flu.
flumen rhyndacē in que ſequunt̃ emittit:circa/angues naſcūtur immanes neqꝫ ob magnitudinē modo: ſed ob id etiam mirabiles:quod vbi in alueum eius eſtus ſolemqꝫ fugerunt emergunt. atqꝫ hiant ſuperuolanteſqꝫ aues quāuis alte ⁊ perniciter ferant̃: abſorbēt.Trans rhyndacē eſt daſylos: et quā coophonij collocauere myſrela. ¶ Duo ſunt inde modici ſinꝰ/ alter ſine nomine
chion amplectit̃. Phrygie haud longe iacentis opportuniſſimū Phrygia.
emporiū alter olbianos in promontorio fert neptuni fanum/ in gremio aſtacon a megarenſibus cōditam. Deinde priores terre iterū iacent:exituriqꝫ in pontum pelagi canalis anguſtior Europam ab aſia ſtadijs quinqꝫ diſterminat thracius( vt dictū eſt) Thracius.
boſphorus/ipſis in faucibus oppidum/in ore templum eſt.op- boſphorꝰ.
pidi nomen calcedon auctor archias megarenſiū princeps tem- Calcedon.
pli numen Jupiter conditore iaſo.

## Ponti Euxini deſcriptio. Cap. ix.

Pontus Euxinus

¶ Hic iam ſeſe ingens pontus aperit:niſi qua ꝓmontoria ſunt
huc atqꝫ illuc longo rectoqꝫ limite extentus/ ſinuatꝰ cetera. Sed
qa cõtra minus q̃ȝ ad leuã ⁊ dextrã abſceſſit mollibuſqꝫ faſtigijs
donec anguſtos vtrinqꝫ angulos faciat inflectit̃ ad formã ſcythi
ci arcus.maxime incuruus breuis.atrox.nebuloſus.raris ſtatio
nibꝰ.nõ molli neqꝫ arenoſo circũdatus littore:vicinus aquiloni

Axenꝰ inhoſpitalis ab a qđ eſt ſine ⁊ xenoſ hoſpicium Euxinꝰ q̃ſi bonũ hoſpicium.

bus.⁊ quia nõ ꝓfundus eſt fluctuoſus atqꝫ feruẽs: Olim exco-
lentiũ ſeuo admodũ ingenio axenus:poſt cõmertio aliaꝝ gentiũ
mollitis aliquantũ moribꝰ dictus euxinꝰ. In eo primũ marian-
dynei vrbẽ habitãt ab argiuo(vt ferũt) Hercule datã. heraclea
vocitat̃.id fame fidẽ adiecit/Iuxta ſpecus eſt acheruſia ad ma-
nes( vt aiunt) puius atqꝫ inde extractum Cerberum exiſtimãt.
¶ Tum thios oppidũ mileſioꝝ quidẽ colonia ſed iam ſoli gen-
tiſqꝫ paphlagonũ quoꝝ in littoribꝰ pene medijs ꝓmontorium
eſt carãbis citra parthenıꝰ amnis Vrbes.Seſamus ⁊ cromnos
et a cithiſoro phrixi filio poſita cythoros.Tum cynobus et colli-

Calibes

ris et q̃ paphlagoniã finit armene. ¶ Chalybes ꝓximi clariſſi-
mas habẽt amyſon et ſynopen cynici Diogenis patriã. Amnes
alyn et thermodonta.ſcđm alyn vrbs eſt lycaſto/a thermodonte
cãpus.i eo fuit themiſcyrũ oppidũ fuere et amazonũ caſtra ideo

Tabereni.

amazonũ vocãt. ¶ Tabereni chalybas attingũt:quibꝰ in riſu lu

Moſſini.

ſuqꝫ ſummũ bonũ eſt.Vltra carambin moſſini/ turres ligneas
ſubeũt/notis corpus omne ꝑſignant/ꝓpatulo veſcunt̃/ promi-
ſcue concumbunt et palam reges ſuffragio deligũt/vinculiſqꝫ et
arctiſſima cuſtodia tenẽt/atqꝫ vbi culpam praue imperãdo me-
ruere:inedia diei totius afficiũt:ceterũ aſperi inculti ꝑnorij ap-
pulſis.Deinde minus feri verũ et hi inconditis moribꝰ macro-
cephali.diſcheri/buxedi rare vrbes Cera ſumpta ⁊ trapezos ma
xime illuſtres.Inde is locus eſt vbi finẽ ductus a boſphoro tra-
ctus accipit:atqꝫ inde ſe in ſinu aduerſi littoris flexus attollens

Colchis.

anguſtiſſimũ põti facit angulũ. Hic ſunt colchi. hinc phaſis erũ

Phaſis fl.

pit.hic eodẽ noĩe quo amnis eſt atheniſtagora mileſio deductum
oppidũ hic frixi templũ:⁊ lucꝰ:fabula vetere pellis auree nobilis
¶ Hinc orti montes longo ſe iugo ⁊ donec rypheis cõiungant̃
exporrigũt:q altera parte in euxinũ ⁊ meotyda ⁊ Tanain/ altera
in caſpiũ pelagus obuerſi ceraunı dicunt̃. Iidem aliubi. taurici.
moſchi.amazonici.caſpij.coraſici.caucaſi:vt alijs alijſue appoſi-
tis gẽtibꝰ ita alijs alijſqꝫ dicti noĩbus. ¶ At in primo flexu iam

curui littoris oppidū eſt/quod greci mercatores cōſtituiſſe: ⁊ qa cū ceca tēpeſtate agerent ignaris que terra eſſet cygni vox notā dederat cygnū appellaſſe dicunt. ¶ Reliqua eius fere inculteq; gētes vaſto mari aſſidētes tenēt.menāclea terreſtrea ſex ſolite.corari.cleptitophagi.eniochi.achei.certetici/etiā in cōfinio meotydis ſyndones. ¶ In beniochoꝝ finib⁹ dioſcorias a caſtore ⁊ polluce pontū cū Jaſone ingreſſis: Sindos in ſyndonū ab ipſis terrarū cultorib⁹ cōdita eſt/obliqua tūc regio ⁊ in latū modice patens inter pontū paludēq; ad boſphorū excurrit/ quā duob⁹ alueis in lacū ⁊ in mare ꝓfluens coracandā pene inſulam reddit. Quatuor vrbes ibi ſūt Hermonos/ſaccephoe/ſpana corea ⁊ in ipſo ore cymerium. Coracāda inſula.

## Meotidis Tanaiſq; deſcr. Ca.x.

¶ Hac ingreſſos lacus accipit lōge lateq; diffuſus. qua terras tāgit incuruo circūdat⁹ littore qua mari ꝓpior eſt niſi vbi aperit quaſi margine obductus citra magnitudinē ꝓpe pōto ſilis. Pal⁹ meotis. ¶ Oram q̄ a boſphoro ad Tanain vſq; deflectit meothici incolunt toreate arrichi phicores et oſtio fluminis proximi xamate apud eos eaſdē artes femine: quas viri exercēt/adeo: vt ne militia q̄dē vacēt. Viri pedib⁹ inherēt ſagitiſq; depugnāt. ille equeſtre ꝑliū ineūt nec ferro dimicāt: ſed quos laqueis intercepere trahēdo cōficiūt/nubūt tamē/verū vt nubiles habeant: nō in etate modus eſt niſi que hoſtē interemere virgines manēt: A ccole ei⁹ A boſpho. ad Tanaī. ¶ Ipſe tanais ex ripheo mōte deiectus adeo ꝑceps ruit: vt cū vicina flumina/tum meothis ⁊ boſphorus/tum pōti aliqua brumali rigore durent/ſolus eſtus hyemēq; iuxta ferēs/idem ſemꝑ ⁊ ſublimis incitatuſq; decurrat. Tanais ſp idem. Ripas ei⁹ ſauromate ⁊ ripis herentia poſſidēt/vna gens aliquot ppl'i/⁊ aliquot no ia/primi meothici ginecrocatū enoe ¶ Regna amazonū fecūdos pabulo: at alia ſterileſ nudoſq; cāpos tenēt/ budini geloni vrbem ligneā habitāt iuxta thiſſagete turceq; vaſtas ſiluas occupāt alūturq; venādo. Accole tanais. Tum cōtinuis rupib⁹.late aſpera ⁊ deſerta regio ad arempheos vſq; ꝑmittit. His iuſtiſſimi mores/ꝓ domib⁹ nemora: alimēta bacce/⁊ marib⁹ ⁊ feminis nuda ſunt capita ſacri itaq; habent/ adeoq; ipos nemo de tā feris gētibus violat: vt aliis quoq; ad eos cōfugiſſe ꝓ aſylo ſit. ¶ Vltra ſurgit mōs ripheus vltraq; eū iacet oraque ſpectat oceanū. Primus liber Explicit.

# Incipit liber Secūdus de Europe deſcriptione particulari.

## De gētibꝰ Scythie ī europa. Ca. j.

ASie in noſtrū mare tanainqꝫ vergētis: quē dixi. finis ac
ſitus eſt ac ꝑ eundē amnē in meotida remeātibꝰ ad dextrā
Riphei. europe modo ſiniſtro latere ī nauigātiū appoſita ac ripheis mō
Niues aſ- tibꝰ proxima. ⁊ huc eīm ꝑtinēt. Cadētes aſſidue niues adeo inuia
ſidue cadē. efficiūt: vt vltra ne viſum quidē intēdentiū admittāt. ¶ Deinde
¶ Hactenus eñ ad occidentē verſa littora ptinēt:deinde ad ſeptētriones toto latere terra cōuertit Adeo celtico promontorio ad ſcythicā vſqꝫ ꝑpetua eius ora:niſi vbi modici receſſus/ac parua ꝓmōtoria ſunt:ad cātabros pene recta eſt. In ea primū Artabri ſunt. ꝛ Janaſum celtice gētis. Deinde Aſtures in artabros ſinus ore anguſto admixtū mare:nō anguſto ambitu excipiēs adrobicum vrbē ꝛ quatuor amniū oſtia incingit. duo etiā inter accolentis ignobilia ſunt/Per alia ducamaris exit in Lybica. Jn aſturū littore Neta eſt oppidū:ꝛ tres are quas ſextianas vocāt Jn peninſula ſedēt/ꝛ ſunt auguſti nomine ſacre. illuſtrātqꝫ terras ante ignobiles. Ora ſeptētrionalis a celtico. Artabri.

¶ At ab eo flumine. quod ſaliā vocāt: incipiunt ore paulatim recedere. ꝛ late adhuc hiſpanie magis magiſqꝫ ſpacia cōtrahere:vſqꝫ adeo ſemet ꝛ terras anguſtātibꝰ:vt earū rerū ſpacium inter duo maria dimidio minus ſit:qua galliā tangūt:quā vbi ad occidentē littus exporrigūt. Tractū Cātabri. ꝛ narduli tenent. Salia flu.

¶ Cātabrorū aliquot populi. amneſqꝫ ſunt ſed quorū nomina noſtro ore cōcipi nequeāt pereūdi. ꝛ ſalenos. ſauriū. ꝑ auriginos ꝛ orgenomes quoſdā naſa deſcēdit/ꝛ deuales tritono belunte cingit/ ꝛ detū athuria ſonās Sauſo ꝛ magrada/ Varduli vna gēs hic ad pyrenei iugi ꝓmōtoriū ptinēs claudit hyſpanias Cantabri

# De Ora Gallie. Capitulū.iij.

¶ Sequit̄ galle latꝰ alterū:cuiꝰ ora primo nihil ꝓgreſſa in altū: mox tātundē pene in pelagꝰ excedēs/quātū retro hiſpania abſceſſerat:cātabricis fit aduerſa terris:ꝛ grādi circuitu afflexa/ad occidentē littꝰ aduertit. Tūc ad ſeptētriones cōuerſa iterꝫ lōgo rectoqꝫ tractu ad ripas rheni amnis extēdit̄. Ora gallie

¶ Terra eſt frumēti ꝑcipue ꝛ pabuli ferax / ꝛ amena lucis imanibꝰ. quicqd ex ſatis frigoris inpatiēs eſt ager. nec vbiqꝫ alit. ꝛ noxio genere animalium minime frequēs. Terra gallie ferax

Gens ſuperſtitioſa.

¶ Gentes ſuperbe/ſuperſtitioſe. Aliquando etiam immanes adeo: vt hominē optimam/⁊ gratiſſimā dijs victimā crederent. manent veſtigia veritatis iam abolite. atq; vt ab vltimis cedib⁹ temperant: ita nihilominus. vbi deuotas altaribus admouere/delibāt. Habent tamen ⁊ facundiā ſuā: magiſtroſq; ſapientie druidas. hij terre. mundiq; magnitudinē: ⁊ formā, motus celi/ et ſyderum. ac quid dij velint/ſcire profitentur. docent multa nobiliſſimos gentis clam. ⁊ diu vicenis annis in ſpecu. aut in abditis ſaltibus. Unum ex ijs/que precipiunt/in vulgus effluxit: videlicet vt forent ad bella meliores/eternas eſſe animas/ vitamq; alterā ad manes. itaq; cum mortuos cremāt. ac defodiunt: apta viuentibus. Olim negotiorū ratio etiam/⁊ exactio crediti deferebatur ad inferos. Erantq; q ſe in rogos ſuorū velut vna victuri libenter immitterent. Regio quā incolunt omnis comata gallia Populorū tria ſumma nomina ſunt. terminanturq; fluuijs ingentibus. Nam a pireneo ad garumnam Aquitania. Ab eo ad Sequanam celte: inde ad rhenum pertinent Belge. Aquitanorū clariſſimi ſunt auſci: Celtarum hedui: Belgarū treueri

druide gallorū ſacerdotes

Triplex Gallia.

¶ Urbes que opulentiſſime. in treueris auguſta. In heduis auguſtunū. In auſcis heliū berrum.

Garumna flu.

¶ Garumna ex pyreneo mōte delapſus niſi cum hiberno imbre aut ſolutis niuibus intumuit/ diu vadoſus: et vix nauigabilis fert. At vbi obui⁹ oceani exeſtuantis acceſſibus adauctus eſt/ijſdēq; retro remeantibus ſuas illiuſq; aquas agit: aliquantū plenior/⁊ quāto magis procedit/eo latior fit. Ad poſtremū magni freti ſimilis/nec maiora tantū nauigia tolerat: verum etiam more pelagi ſeuientis exurgens/iactat nauigantes/atrociter vtiq;: ſi alio ventus/alio vnda precipitat.

Inſula garumna.

¶ In eo eſt inſula Antros nomine. quā pendere et attolli aquis increſcentibus: ideo incole exiſtimant. quia cum videatur editior aquis obiacet: vbi ſe fluctus impleuit/illam operit: nec vt prius tantū ambit: et quod ea quibus ante ripe/colleſq; ne cernerentur obſtiterant: tunc velut ex loco ſuperiore pſpicua ſunt.

Ora gallie Cantabrie aduerſa.

A Garūne exitu/latus illud incipit terre ꝓcurrentis in pelagus: et ora cantabricis aduerſa littoribus/alijs populis media ei⁹ habitantib⁹ ab ſantonis ad oſiſmos vſq; deflexa. ab illis eñ iterū ad ſeptētriones frōs littorū reſpicit: ptinētq; ad vltimos gallicarū gētiū morinos. Nec portu quē geſoriciacū vocāt quicq; habēt notius.

¶ Rhenus ab alpibus decidens prope a capite duos lacus efficit/venetũ ⁊ acromũ. mox diu ſolidus/ ⁊ certo alueo lapſus/ haud procul a mari huc ⁊ illuc diſpergit: ſed ad ſiniſtrũ amnis etiam tum ⁊ donec effluat. Rhenus ad dexterã primo anguſtus ⁊ ſui ſimilis. Poſt ripis longe ac late recedẽtibus/iam nõ amnis ſed ingens lacus: vbi campos impleuit/fleuo dicitur: eiuſdemqꝫ nominis inſulam amplexus/ fit iterum arctior/ iterũqꝫ fluuius emittitur. Rhenus flu.

## De Germania Capitulũ. iiij.

¶ Germania hinc ripis eius vſqꝫ ad alpes: a meridie ipſis alpibus: ab oriente ſarmaticarũ confinio gentiũ: qua ſeptẽtrionẽ ſpectat oceanico littore obducta eſt. ¶ Qui habitant immanes ſunt animis atqꝫ corporibus. ſed ad inſitam feritatem vaſte vtraqꝫ exercent: bellando animos: Corpora ad conſuetudines laborum maxime frigora nudi agunt/antequã puberes ſint/ ⁊ longiſſima apud eos pueritia eſt/viri ſagis velanẽ/aut libris arborũ/ quauis ſeua hyeme. nandi nõ patiẽtia tantũ illis/ſtudium etiam eſt: bella cum finitimis gerunt/ cauſas eorum ex libidine acceſſunt: neqꝫ imperitandi/ ꝑlatãdiqꝫ/que poſſident. Nam ne illa quidẽ enixe colunt: ſed vt circa ipſos que iacẽt vaſta ſint. Jus in virib⁹ habent adeo: vt ne latrocinij quidem pudeat: tantũ hoſpitibus boni. miteſqꝫ ſupplicib⁹ Victu ita aſperi incultiqꝫ: vt cruda etiã carne veſcanẽ/aut recenti/aut cum rigentẽ in ipſis pecudũ ferarumqꝫ corijs/manibus pedibuſqꝫ ſubigendo renouarunt. Sit⁹ Germanie. mores germanorũ.

¶ Terra ipſa multis impedita fluminibus/multis montibus aſpera/ ⁊ magna ex parte ſiluis ac paludibus inuia. paludum Sueſia. Meſia. ⁊ meliagum maxime/ſiluarũ hercynia/ ⁊ aliquot ſunt/ que nomen habent. ſed illa dierum ſexaginta iter occupãs/ vt maior alijs/ita et notior. Montiũ altiſſimi taunus et rhetico: niſi quorum nomina vix eſt eloqui ore romano. Amniũ in alias gentes exeuntiũ Danubius ⁊ Rhodanus. Jn Rhenum meuis. ⁊ lupia. Jn oceanũ amiſius vrgis ⁊ albis clariſſimi. Sup albin codanus ingens ſinus magnis paruiſqꝫ inſulis refertus eſt Terra inculta. Hercynia ſilua. Montes Flumina.

¶ Acre mare quod gremio littorum accipitur: nuſqꝫ late patet: nec vſquam mari ſimile: verum aquis paſſim interfluentibus: ac ſepe tranſgreſſis/vagum/atqꝫ diffuſum facie amnium ſpargit Mare ⁊ littus germanie.

qua littora attingit ripis contentum inſularũ non longe diſtantibus. ⁊ vbiq; pene tantundem: Vt anguſtum. ⁊ par freto/ curuanſq; ſubinde ſe longo ſupercilio inflexum eſt. In eo ſunt Cimbri. et Teuthoni. vltra vltimi germanie hermones.

Cimbri

## De Sarmatia. Capitulũ. v.

Sarmatia

Mores ſarmatarũ

¶ Sarmatia intus quã ad mare latior ab iis que ſequuntur inſula amne diſcreta/ qua retro abit. vſq; ad biſtrum flumen immittit. gens habitu armiſq; parthice proxima: Verũ/ vt celi aſperioris. ita ingenij. Non ſe vrbibus tenent/ ⁊ ne ſtatis quidem ſedibus vt Inuitauere pabula. vt cedens ⁊ ſequens hoſtis exigit/ Ita res. opeſq; ſecum trahens/ ſemper caſtra habitat/ bellatrix. libera. Indomita ⁊ vſq; eo immanis atq; atrox/ vt femine etiã cum viris bella ineant: atq; vt habiles ſint/ natis ſtatim dextra aduritur mamma. Inde expedita in ictus manus/ que exerit/ virile fit pect⁹. Arcus tẽdere. equitare. venari. puellaria penſa ſunt: ferire hoſtem/ adultarum ſtipendium eſt: adeo vt non pcuſſiſſe/ proflagitio habeatur. Sitq; eis pene virginitas. ¶ Inde Aſie confinia. niſi vbi perpetue hyemes ſedent. ⁊ intolerabilis rigor: ſcythici populi incolunt. fere oẽs etiam in vnũ Belge appellati.

Feminee o rum bella q; ſimul in eunt.

Aſie confinia.

## De Hyperboreis. Capitulũ. vj.

Hyperborea.

¶ In aſiatico littore primi hyperborei ſuper aquilonem Rypheoſq; montes ſub ipſo ſyderum cardine iacẽt. vbi ſol nõ quotidie vt nobis: ſed primũ verno equinoctio exortus: autumnali demum occidit. ⁊ ideo ſex menſibus dies: ⁊ totidẽ alijs nox vſq; cõtinua eſt. Terra anguſta. aprica. p ſe fertilis. cultores iuſtiſſimi ⁊ diutius quam vlli mortalium. ⁊ beatius viuunt. Quippe feſto ſemper ocio leti. non bella nouere. non iurgia. ſacris operati maxime apollinis: quorum primitias delon miſiſſe initio per virgines ſuas: deinde per populos: ſubinde tradentes vlterioribus: moremq; eum diu ⁊ donec vitio gentiũ temperatus eſt ſeruaſſe referunt. Habitant lucos. ſylvaſq;. Et vbi eos viuendi ſatietas magiſq; tediũ cepit/ hilares redimiti ſertis/ ſemetipſi in pelagus ex certa rupe precipiti dant. Id eis funus eximium eſt.

Mores hiperboreorum

## De mari Caſpio ⁊ accolis eius. Capitulum. vij.

¶ Mare caſpium vt anguſto ita longo etiam freto/ primum terras quaſi fluuius irrūpit:atq; vbi recto alueo influxit in tres ſinus diffundit.contra os ipſum in hircanum. ad ſiniſtram in ſcythicū.ad dexterā in eum quē ꝓprie ⁊ totius nominis caſpiū appellant.omne atrox.ſeuū.ſine portibus.procellis vndiq; expoſitum.ac beluis magis quam cetera refertum.⁊ ideo minus nauigabile.ad introeuntium dextram ſcythe nomades freti littoribus inſident. ¶ Intus ſunt ad caſpiū ſinum caſpij. ⁊ amazones ſed quas ſauromatidas appellant. Ad hircanū albani. ⁊ Molchi.⁊ hircani In ſcythico amerdi ⁊ peſtici etiā ad fretū debrices. ¶ Multi in eo ſinu magni paruiq; amnes fluunt. ſed qui famā habent/ex ceraunis montibus vno alueo deſcendit duobus exit in caſpium araxes tauri latere demiſſus/quo ad campos armenie ſecat/labitur placidus ⁊ ſilens/neq; in vtrā partem eat:quāquā intuearis/ manifeſtus.cum in aſperiora deuenit/ hinc atq; illinc rupibus preſſus:⁊ quāto anguſtior/ tanto magis pernix. frangit ſe ſubinde ad oppoſita cautium: atq; ob id ingenti cum murmure ſonanſq; deuoluit/adeo citus: vt qua ex ꝓcipiti caſurus eſt/in ſubiectam non declinet ſtatim vndam:ſed vltra quam canalem habet/euehat plus ingeris ſpacio ſublimis: ⁊ aquis pēdentibus ſemetipſum ſine alueo ferens. deinde vbi incuruus. arcuatoq; amne deſcendit fit tranquillus iterumq; per campos tacitus.⁊ vix fluens In id littus elabitur cyrus ⁊ cambiſes ex radicibus corſici montis vicinis editi:⁊ in diuerſa abeūt:perq; hiberas ⁊ hircanos diu ⁊ multum diſtantibus alueis defluunt. Poſt non longe a mari eodem lacu accepti in hircanum ſinum vno ore perueniunt. Laxartes ⁊ Oxos per deſerta ſcythie ex ſurdianorum regionibus in ſcythicum exeunt.ille ſuo fonte grādis. hic incurſu aliorum grandior/⁊ aliquādiu ad occaſum ab oriēte occurrēs:Iuxta dacas primū inflectitur/ curſuq; ad ſeptētrionē cōuerſo/inter amardos ⁊ peſicaſos aperit. ¶ Sylue alia quoq; dira animalia verum ⁊ tigres ferunt.vtiq; hircanie ſeuum ferarum genꝰ.⁊ vſq; eo pernix/vt illis longe quoq; ꝓgreſſum equitē cōſequi.nec tm̄ ſemel.ſed aliquotiēs etiā curſu vnde ceperit ſubinde repetito ſolitū ⁊ facile ſit.Cauſa ex eo eſt.quod vbi ille interceptos eaꝝ catulos citꝰ cepit auehere:⁊ rabiē appropīquātiū fruſtraturꝰ aſtu vnū de pluribꝰ omittit.he ꝓiectū accipiūt:⁊ ad cu

Tres ſinꝰ Caſpij maris.

Accole eiꝰ.

Flumina i ipm̄ emittētia.

Araxes fl.

Cyrus flu.

Cambiſes flu.

Laxartes flu.

Oxos flu.

tigres hircanie fere.

bilia ſua referunt/rurſumqꝫ ⁊ ſepius remeant/atqꝫ idem efficiūt donec ad frequētiora quā adire audeāt: ꝓfugus raptor euadat.

A ſeptētrione Oceano cingit terra.

¶ Ultra caſpium ſinum quidnam eſſet ambiguum aliquādiu fuit. Idem ne oceanus/an tellus infeſta frigoribus ſine ambitu: ac ſine fine ꝓiecta. Sed ꝑter phyſicos homerūqꝫ: qui vniuerſum orbem mari circumfuſum eſſe dixerunt: Cornelius nepos/vt recentior auctoritate: ſic certior/teſtem autē rei. Q. Metellum celerē adijcit eumqꝫ ita rettuliſſe cōmemorat. Cum Gallijs proconſul ꝑeſſet/indos quoſdam a rege Boiorum dono ſibi datos: vnde in eas terras deueniſſent requirendo/cognoſſe: vi tempeſtatū ex indicis equoribus abreptos: emenſoſqꝫ que intererant: tandem in germanie littora exijſſe. Reſtat ergo pelagus. ſed reliqua lateris eiuſdem aſſiduo gelu durantur: ⁊ ideo deſerta ſunt.

Indi ī germaniā tēpeſtate pulſi.

¶ His oris quas angulo betice adhucvſqꝫ perſtrinximus multe ignobiles inſule ⁊ ſine nominibus etiā adiacent: ſed earum quas preterire non libeat.

# De inſulis Oceani Hiſpanici. Capitulū. viij.

Gades.

¶ Gades fretum attingit eaqꝫ a continēti anguſto ſpatio ⁊ veluti flumine abſciſſa. qua terris propior eſt/ pene rectam ripam agit: qua oceanum ſpectat duobus ꝓmontorijs euecta in altū medium littus abducit: ⁊ fert in altero cornu eiuſdem nominis Urbem opulentam/in altero templum egyptij herculis conditoribus. religione. vetuſtate. opibus illuſtre. Tyrij condidere: cur ſanctum ſit/oſſa eius ibi ſita efficiunt: annorum quis manet/ ab iliaca tempeſtate principia ſunt: opes tempus aluit.

Heritria

¶ In Luſitania heritria quam geryone habitatā accepimus: Alieqꝫ ſine certis nominibus adeo agri fertiles/ vt cū ſemel ſata frumenta ſint/ſubinde recidiuis ſeminibus ſegetem nouātibus ſeptem minime inter plures etiā meſſes ferāt. In celticis aliquot ſunt: quas quia plumbo abundant vno omnes nomine caſſiterides appellant.

Sena inſula. Antiſtites virgines.

¶ Sena in britannico mari oſiſmicis aduerſa littoribus/gallici numinis oraculo inſignis eſt/ cuius antiſtites perpetua virginitate ſancte/numero nouem eſſe tradunt. Gallicenas vocant. putantqꝫ ingenijs ſingularibus preditas: maria

ac ventos concitare carminib⁹. Seqꝫ in que velint animalia ver-
tere. ſanare: que apud alios inſanabilia ſunt: ſcire ventura. ⁊ pre-
dicare ſed non niſi dedita nauigantibus ⁊ in id tantū/ vt ſe con-
ſulerent profectis.

## De Britannia. Capitulū.ix.

¶ Britannia qualis ſit. qualeſqꝫ ꝓgeneret/ mox certiora ⁊ ma- Britānia.
gis explorata dicent. Quippe tam diu clauſam aperit Ecce prin-
cipum maximus. nec indomitarū modo ante ſe/ verū ignotarum
quoqꝫ gentium victor/ propriarū rerū fidem: vt bello affectauit/ Situs bri
ita triumpho declaraturus portat. ¶ Ceterum vt adhuc ha- tannie.
buimus/ inter ſeptētrionē occidentemqꝫ proiecta grandi angulo
rheni oſtia ꝓſpicit. deinde obliqua retro latera abſtrahit/ altero
galliam/ altero germaniam ſpectans. Tum rurſus ꝑpetua mar-
gine directi littoris ab tergore abducta/ iterum ſe in diuerſos an-
gulos cuneat triquetra. ⁊ Sicilie maxime ſimilis. Plana. ingens.
fecunda: verum iis que pecora: quā homines benignius alant:
Fert nemora ſaltus ac ꝑgrandia flumina/ alternis motib⁹ modo Britāno-
in pelagus/ modo retrofluentia/ ⁊ quedam gemmas/ margari- rū mores.
taſqꝫ generantia. Fert populos regeſqꝫ populorum. ſed ſunt in-
culti omnes: atqꝫ vt longius a continenti abſunt/ ita aliarū opū
ignari magis tantū pecore ac finibus dites. incertum ob decorē
an quid aliud vltro corpora infecti. Cauſas autem ⁊ bella cōtra-
hūt: ac ſic frequēter inuicē infeſtāt: maxime imperitādi cupidine/
ſtudioqꝫ ea ꝓlatandi q̄ poſſident: Dimicant nō equitatu modo
aut pedite: verum ⁊ bigis ⁊ currib⁹ gallice armati. Couinos vo-
cant. quorum falcatis axibus vtuntur. ¶ Super britanniam iu- Hibernia
uerna eſt: pene par ſpacio: Sed vtrinqꝫ equalis/ tractu littorum
oblonga/ celi ad maturanda ſemina iniqui. Uerum adeo luxu-
rioſa herbis non letis modo/ ſed etiam dulcib⁹: vt ſe exigua parte
diei pecora impleant ⁊ niſi pabulo prohibeantur/ diutius paſta
diſſiliant Cultores eius inconditi ſunt ⁊ omniū virtutum ignari
quam alie gentes / aliquatenus tamen gnari: pietatis admodū
expertes ¶ Triginta ſunt orchades anguſtis iter ſe ducte ſpaciis Orchades
¶ Septem hemodes contra germaniam: vecte in illo ſinu: quē Hemodes
codanum diximus. Ex iis codanonia quam adhuc teuthoni te-
nent ⁊ vt fecunditate alias: ita magnitudine anteſtat.

# Liber Tercius.

## De inſulis Oceani Sarmatici. Capitulum. x.

Inſule ſarmatarum.

¶ Que ſarmatis aduerſa ſunt/ob alternos acceſſus recurſuſqꝫ pelagi/⁊ quot ſpacia quis diſtant. modo operiunt̃ vndis:modo nuda ſunt/alias inſule videnẗ/ alias vna ⁊ cõtinẽs terra. In his eſſe Ceneas:q̃ ouis auiũ paluſtriũ ⁊ auenis tantũ alanẗ/Eſſe equinis pedibus Hippopodas.

Satmali.

⁊ Satmalos quib⁹ magne aures ⁊ ad ambiendũ corp⁹ omne patula: nudis alioquin ꝓuecti ſunt/ pterquã quod fabulis tradiẗ auctores etiã quos ſequi nõ pigeat inuenio.

Tyle inſula.

¶ Tyle belgarũ littori appoſita eſt graijs: ⁊ noſtris celebrata carminib⁹. In ea quod ſol longe occaſurus exurgit breues vtiqꝫ noctes ſunt:ſed p hyemẽ ſicut alibi obſcure.eſtate lucide:qđ p id tp̃s iam ſe altius euehens:quãquã ipſe nõ cernaẗ/ vicino tñ ſplendore ꝓxime illuſtrat.p ſolſtitiũ vo nulle:quod tum iam manifeſtior nõ fulgore modo:ſed ſui quoqꝫ partẽ maximã oſtentat.

Talge inſula.

¶ Talge in Caſpio mari ſine cultu fertilis:oĩ fruge:ac fructib⁹ abũdans. Sed vicini populi q̃ gignunẗ attingere nefas. ⁊ ꝓ ſacrilegio habẽt/dijs parata exiſtimãtes: dijſqꝫ ſeruãda Aliquot ⁊ illis oris:quas deſertas diximus eque deſerte adiacẽt: quas ſine ꝓprijs noĩbus ſcythicas vocãt.

Ora ſcytharum in Aſia.

¶ Ab ijs in eorũ recurſus inflectiẗ/inqꝫ orã terre ſpectãtis orientẽ ptinet/ hec a ſcythico ꝓmontorio appoſita.primũ oĩs q̃ eſt inuia:deinde ob immanitatẽ habitantiũ inculta.

Sage.

Scythe ſunt androphage: ⁊ Sage diſtincti regione:quia feris ſcatet:inhabitabili.vaſta deinde iterũ loca belue infeſtãt:vſqꝫ ad montẽ mari imminentẽ noĩe thabim. lõge ab eo Taurus attolliẗ.

Seres.

¶ Seres interſunt/genus plenũ iuſticie ⁊ commercio quod rebus in ſolitudine relictis/ abſens peragit.

## De India. Capitulũ. xj.

India terra latiſſima.

¶ Notiſſima India nõ eoo tm̃ appoſita pelago: ſed ⁊ ei quod ad meridiem ſpectãs Indicum diximus:⁊ hinc Tauri iugis ab occidẽte inde finita/tantũ ſpaciũ littoris occupat: quantũ p ſexaginta dies/noctesqꝫ velificantib⁹ curſus eſt. Ita multũ a noſtris abducta regiõib⁹:vt in aliqua parte ei⁹ neuter ſeptẽtrio appareat aliterqꝫ q̃ in alijs oris vmbre rerũ ad meridiẽ iacẽt. ¶ Ceterum

fertilis ⁊ vario genere hominū, aliorūqꝫ animaliū ſcatet. Alit formicas nō minus maximas canibus: quas more gryphorū aurū penitus egeſtū cū ſumma pernicie attingentium cuſtodire cōmemorāt.

Formice.

Immanes ⁊ ſerpētes aliqui: vt elephātes morſu atqꝫ ambitu corporis afficiant. Tam pinguis alicubi. ⁊ tam feracis ſoli: vt in ea mella frondibꝰ defluāt. lanas ſylue ferāt. arūdinū fiſſa internodia veluti nauitas binos ⁊ quedā ternos etiā vehāt.

Fertilitas eius.

¶ Cultorū habitꝰ/moreſqꝫ diſſimiles. Lino alij veſtiunt: aut lanis: quas diximꝰ. Alij ferarū/auiūqꝫ pellibus. pars nudi agunt. pars tantū obſcena velati. Alij humiles: paruiqꝫ. alij ita ꝓceri/⁊ corpore ingētes: vt elephātis etiā ⁊ ibi maximis/ſicut nos equis/ facile atqꝫ habiliter vtant. ¶ Quidā nullū animal occidere/nulla carne veſci/optimū exiſtimāt. Quoſdā tm̄ piſces alunt. Quidam proximi parētes: priuſqꝫ annis aut egritudine in maciem eant/ velut hoſtias cedūt: ceſorūqꝫ viſceribꝰ epulari fas ⁊ maxime pium eſt. At vbi ſenectus/aut morbus inceſſit/ ꝓcul a ceteris abeunt: mortēqꝫ in ſolitudine nihil anxij expectāt. Prudētiores eis quibꝰ ars ſtudiū ſapiētie cōtingit: nō expectant eam/ſed ingerēdo ſemet ignibꝰ/leti ⁊ cū gloria arceſſunt.

Diuerſitaſ Indorū in veſtitu.
In ſtatura corpis
In cibo.

¶ Urbium quas incolunt: ſunt autē plurime: Nyſſa eſt clariſſima ⁊ maxima. Montium. Meros Joui ſacer. famā hinc ꝑcipuā habēt: in illa genitū. In huiꝰ ſpecu liberū arbitrant eſſe nutritū. vnde grecis auctoribꝰ: vt femori iouis inſitū dicerēt: aut materia ingeſſit: aut error.

Nyſſa
Meros.

¶ Ora ꝫ tenēt ab Indo ad gangem Palibotri. A gange ad ſolida Nyſij vbi magis quā vbi habitet. exeſtuat. atre gētes ⁊ quodāmodo ethiopes. Ab Jolide ad cudum recta ſunt littora: timidiqꝫ ppl'i ⁊ marinis opibꝰ affatim dites.

Gētes maritime in India.

¶ Tamos ꝓmōtoriū eſt: quod Taurus attollit collis alterꝰ partis angulus initiūqꝫ lateris ad meridiē vſi.

Tamos.

¶ Ganges ⁊ Indus amnes/ille multis fontibꝰ in hemo Medie mōte cōceptus: ſimul vnū alueū facit: fit omniū maximꝰ ⁊ alicubi latius. quando anguſtiſſime fluit decem milia paſſuū patens: in ſeptem ora diſpergitur. Indus ex monte caro parnaſſo exortus/ ⁊ alia quidem flumina admittit: Sed clariſſima copem. agaſinū. hidaſpen: conceptamqꝫ pluribus alueis vndam lato ſpacio trahit. hinc pene gangem magnitudine exequat. Poſt vbi aliquot ſepe magnis flexibus cingit iugum ingens/iterum rectus ſoliduſqꝫ deſcendit: donec ad leuam dextramqꝫ ſe deducens/

Ganges flu.
Indos fl.

Inſule in mari Indico duobus hoſtijs longe diſtantibus exeat. Ad Tamum inſula eſt chryſe/ad gangen argyre.altera aurei ſoli(ita veteres tradidere) altera argentei.atqꝫ ita/vt maxime videtur: aut ex re nomen/ aut ex vocabulo fabula eſt. ¶ Taprobane aut grandis admodū inſula/aut prima pars orbis alterius: Hyparchus:dicitur: ſed quia habitatur/nec quiſqꝫ circum eam eſſe traditur: prope verū eſt. Contra inde il a oſtia ſunt:que vocant ſolis adeo inhabitabilia:vt ingreſſos vis circūfuſi aeris exanimet confeſtim: ⁊ inter ipſa hoſtia rara tenet regio ob eſtus intolerabiles alicubi cultoribus egens. ¶ Inde ad principia rubri maris pertinet ipſa inuia:atqꝫ deſerta.humus cineri magis fit quam pulueri ſimilis Ideoqꝫ per eam rara/ ⁊ non grandia flumina emanant: quorū tuberonem ⁊ aruſacem notiſſima accepimus: ¶ Rubrū mare greci/ſiue quia eius coloris eſt/ſiue quia ibi Erythras regnauit: Erythram thalaſſam appellant procelloſum:aſperum:mare profundum/⁊ magnorū animalium magis qꝫ cetera capax/ primo recedētis oras equaliter impellit: Et vt nō intret interi⁹ aliquātū patens ſinus erat:Sed quas ripas inflexerat bis irrūpit duoſqꝫ iterum ſinus aperit:Perſicus vocatur:dictis regionib⁹ propior Arabicus vlterior.

Taprobane. — Terra cineriqꝫ pulueri ſimilior — Rubrum mare.

# De ſinu Perſico ⁊ accolis eius. Capitulū.xij.

Sin⁹ Perſicus. ¶ Perſicus qua mare accipit vtrinqꝫ rectis lateribus grande oſtium quaſi complectiť.Deinde terris in omnem partem vaſte ⁊ equa portione cedentibus/ magno littorum orbe pelagus incingens/ reddit formam capitis humani.Arabici/et os arctius ⁊ latitudo minor eſt. maior aliquanto receſſus ⁊ multo magis longa latera init penitus:Introrſuſqꝫ dum egyptū pene ⁊ montē arabie Caſiū attingit:quodā faſtigio min⁹: ac min⁹ lat⁹: Et quo magis penetrat/anguſtior.Ab ijs q̄ dixim⁹ ad ſinū perſicū: niſi vbi Chelonophagi moranť.deſerta ſunt.ī ipo Carmani nauigātiū dextera poſiti/ſine veſte ac fruge/ ſine pecore ac ſedib⁹/ piſciū cute ſe velant:carne veſcunť:p̄ter capita toto corpore hirſuti. Interiora Gedroſi.dehinc Perſe habitāt.Setis ꝑ carmanos ſupra ſandis ⁊ coros effluunt.

Sin⁹ arabicus. — Carmani.

¶ In parte que pelagi oſtio aduerſa eſt. babyloniorum fines Chaldeorumq3 ſunt. & duo clari amnes. Tigris perſidi propior vlterior euphrates. Tigris vt natus eſt/ita deſcẽdens vſq3 ad littora permeat. Euphrates immani ore aperto nõ exit tantũ vnde oritur: ſed et vaſte quoq3 decidit: nec ſecat continuo agros late diffuſus in ſtagna/diu ſedentibus aquis/piger et ſine alueo patulis. poſt vbi marginẽ rupit: vere fluuius: acceptiſq3 ripis celer/ et fremens per armenios/ et Cappadocas occidentem petit: ni taurus obſtet/in noſtra maria vẽturus. Inde ad meridiẽ auertitur: & primũ ſyros/tum arabas ingreſſus/non perdurat in pelagus. verũ ingẽs modo: & nauigabilis inde tenuis riu⁹ deſpect⁹ emorit: & nuſq3 manifeſto exitu effluit/ vt alij amnes/ſed deficit. Chaldei. Tygris. Euphrates

# De Arabia. Capitulũ. xiiij.

¶ Alterũ latus ambit plaga: que inter vtrũq3 pelagus excurrit Arabia dicitur: cognomen Eudemon. anguſta/ verũ cynnami/ & thuris aliorũq3 odorum maxime ferax. Maiorem ſabei tenent partem/oſtio proximã/& carmanijs contrariam/magne frontẽ: que inter oſtia oſtendit/ſylue/ cauteſq3 exaſperant. Aliquot ſunt in medio inſule ſite Ogyris quod in ea Erythre regis monumentum eſt magis clara: quam cetere Alterum ſinũ vndiq3 arabes incingunt. Ab ea parte que introeuntibus dextra eſt vrbes ſunt. Cara & arabia & gadamus. In altera ab intimo angulo prima beronice inter hieropoliticũ: & ſcrobilum. Deinde inter promontoria moronenõ: & collaca philopetris: & phiomalis vltra arſine & alia beronice. ¶ Tum ſylua que hebenũ odoreſq3 generat: & manufactus amnis. Ideoq3 referendus quod ex nili alueo Dio rige adductus extra ſinũ verũ inflexu tamen et non rubri maris pars beſtijs infeſta. Ideoq3 deſerta eſt. partem panchei habitant hi quos ex facto: quia ſerpentibus veſcunt ophiophagos vocãt. Fuere interius pygmei minutũ genus & quod pro ſatis frugib⁹ contra grues dimicando defecit. Sunt multa volucrũ: multa ſerpentũ genera. ¶ De ſerpẽtib⁹ memorãdi maxime/quos paruos admodũ & veneni pſentis certo anni tpe ex limo cõcretarũ paludiũ emergere/in magno examine volantes/egyptũ tẽdere: atq3 in ipſo introitu finium ab auibus quas ibidas appellant: aduerſo agmine excipi pugnaſq3 confici traditum eſt.

Arabia. Sabei populi. Ogyris insula. Vrbes Arabie. Panchei po. Pygmei po. Serpẽtes volantes

Phenix auis ¶ De volucribus precipue referenda Phenix/ ſemp vnica/ nõ enim coitu concipitur/ partu ve generatur: ſed vbi quingentorũ annorum euo perpetua durauit/ ſuper exaggeratam variis odoribus ſtruem ſibi ipſa incubat: ſoluiturqꝫ deinde putreſcentium membrorum tabe concreſcens ipſa ſe concipit: atqꝫ ex ſe rurſus renaſcitur. cum adoleuit/ oſſa priſtini corporis incluſa myrrha/ egyptum exportat: atqꝫ in vrbem: quam ſolis appellant/ fragrantibus Nardo buſtis inferens/ memorando funere conſecrat. Ipſum promontoriũ: quo id mare clauditur a ceraunis ſaltibus: inuium eſt.

## De Aethiopia. Capitulũ.xiiij.

Aethiopeſ. Mereni. Macrobij Automale ¶ Aethiopes vltra ſedent. Mereni habent terram/ quã Nilus primo ambitu amplexus inſulam facit. pars/ quia vite ſpacium dimidio fere: qꝫ nos longius agũt Macrobij. pars qa ex egypto aduenere dicti Automale pulchri forma/ ꝛ qui corporis parũqꝫ veneratiores veluti optimarũ alij virtutum. In illis mos eſt cui potiſſimũ pareant/ ſpecie ac viribus legere. Apud hos plus auri qꝫ perſis eſt. Ideo quod minus eſt: precioſius cenſent. ere exornanť. auro vincula ſontium fabricant. ¶ Eſt locus apparatis

Menſa ſolis. epulis ſemper refertus. ꝛ quia: vt libet veſci/ volentibus/ licet: heliutrapezam appellant/ ꝛ que paſſim appoſita ſunt: affirmant in

Lacus mirabilis. naſci ſubinde diuinitus. ¶ Eſt lacus quo pfuſa corpora quaſi vncta pernitent/ bibitur idem. adeo eſt liquidus: ꝛ ad ſuſtinenda que incidunt aut immitunť infirmus: vt folia etiã proximis deciſa frondibus/ non innatantia ferat: ſed paſſim ꝛ penitus acci-

Fere ꝛ aueſ Aethiopie Terra inta. piat. ¶ Sunt et ſeuiſſime fere omni colore varij lychaones: et quales accepimus ſpingas. Sunt mire aues cornute. Tragapomenes equinis auribus: ꝛ pegaſi. ¶ Ceterum oras ad Eurum ſequentibus nihil memorabile occurrit: vaſta omnia vaſtis preciſa montibus/ ripe potius ſunt: quam littora. Inde ingẽs ꝛ ſine

Mare africam cingit ad Eurum cultoribus. ¶ Dubium aliquãdiu fuit/ eſſet ne vltra pelagus/ caperet ne terra circuitum: an exhauſta fructu/ ſine fine Africa ſe extẽderet. Verum ꝛ ſi Hanno Carthaginenſis exploratũ miſſus a ſuis: cum per oceani oſtia exiſſet/ magnam partem eius circũuectus/ non ſe mari ſed commeatu defeciſſe memoratu retulerat. Et Eudoxus quidam auorũ noſtrorũ temporibus: cũ Lachanũ

regem Alexandrie ꝓfugeret/arabico ſinu egreſſus/per hoc pelagus(vt nepos affirmat)gades vſqꜫ peruectus eſt. Ideo eius ore nota ſunt aliqua. ¶ Sunt autem trans ea:que modo deſerta diximus:muti populi ⁊ quibꝰ pro eloquio nutus eſt. Alij ſine ſono lingue. Alij ſine linguis. Alij labris etiam coherētibus:niſi ꝙ ſub naribus etiam fiſtula eſt:per quam bibere auent. Sed cū inceſſit libido veſcendi/grana ſingula frugum paſſim naſcentiū abſorbere dicuntur. ¶ Sunt quibus ante aduentum Eudoxi adeo ignotus ignis fuit/adeoqꜫ vſus mirum in modū placuit: vt amplecti etiā flāmas/⁊ ardentia ſinu abdere/donec noceret maxime libuerit. ¶ Super eos grandis littoris flexus grandem inſulā includit:in qua tantum feminas eſſe narrant/toto corpore hirſutas/⁊ ſine coitu marium ſua ſpōte fecundas:adeo aſperis efferiſqꜫ moribus: vt quedam contineri ne reluctentur vix vinculis poſſint. hoc Hanno rettulit. ⁊ quia detracta occiſis coria pertulerat/fides habita eſt. ¶ Vltra hunc ſinū mons altus(vt greci vocant)theon ꝑpetuis ignibus flagrat. Vltra montē viret collis longo tractu/longis littoribus obductus:vnde viſunť patentes magis campi/quam vt ꝓſpici poſſint. Panum ſatyrorūqꜫ hinc opinio cauſe fidem cepit. quod cum in his nihil culti ſit: nulle habitantium ſedes:nulla veſtigia/ſolicitudo in diem vaſta:⁊ ſilentium vaſtius:nocte crebri ignes micant. ⁊ veluti caſtra late iacentia oſtenduntur:crepant cymbala ⁊ tympana:audiunturqꜫ tibie ſonantes maius humanis. ¶ Tunc rurſus ethiopes: nec iam dites/quos diximus. nec ita corporibus ſimiles:ſed minores incultiqꜫ ſunt:⁊ nomine heſperio. In horum finibus fons eſt: quē Nili eſſe aliqua credibile eſt. Nuchul ab Incolis diciť. ⁊ videri poteſt non alio nomine appellari:ſed a barbaro ore corruptius aliter purū/⁊ minora quidem:eiuſdem tamen generis animalia alijs omnibus in oceanum vergentibus ſolus in mediā regionē ad orientē abit: ⁊ quo nam exeat. incertum eſt. Inde colligitur nilum hoc fonte conceptum actumqꜫ aliquādiu ꝑ inuia: ⁊ ideo ignotum. iterum ſe vbi ad ea poſſit:oſtendere. Ceterū ſpacio quo abſcondiť effici:vt hic alio cedere:ille aliunde videatur exurgere. Catoblepas non grandis fera/ verum grande: ⁊ ꝑgraue caput egre ſuſtinens/atqꜫ ob id in terram plurimū ore conuerſa/apud hos gigniť:ob vim ſingularem magis etiam referenda: quod cū

Cor.
Nepos.
muti ppľi.
Sine linguis.
ſine labris
Quibus ignis ignotus fuit.
Femine ſine maribꝰ fecunde.
Theon.
Panū ⁊ ſatyrorꝫ cāpi
Heſperij
Nuchul fons Nili
Catoblepas fera.

impetu morſuqꝫ nihil vnquã ſeuiat / oculos eius vidiſſe mortiferum.

## De inſulis et Oris Athlantici Oceani. Capitulum. xv.

Terra circa mare athlanticũ.

¶ Contra eoſdem ſunt inſule dorcades domus (vt aiunt) aliquando gorgonum. Ipſe terre promontorio: cui heſperuceras nomen eſt: finiuntur. Inde incipit frons illa / que in occidentem vergens / mari athlantico abluitur. prima eius Aethiopes tenẽt. media nulli: nã aut exuſta ſunt: aut harenis obducta: aut infeſta ſerpentib⁹. Exuſtis inſule apposite ſunt: quas heſperidas tenuiſſe memoratur.

Mons q̃ videt̃ ſuſtinere celum

¶ In harenis mons eſt: ſatis de ſe cõſurgens. verũ inciſus vndiqꝫ rupib⁹ p̃ceps inuius / ⁊ quo magis ſurgit / exilior / qui q̃ altius q̃ꝫ conſpici poteſt vſqꝫ in nubila erigitur: celum ⁊ ſydera non tangere modo vertice ſed ſuſtinere quoqꝫ dictus eſt.

Fortunate inſule

¶ Contra fortunate inſule abundant ſua ſponte genitis: ⁊ ſub inde alijs ſuper alijs innaſcẽtibus nihil ſollicitos alunt: beatius quam alie vrbes exculte / vna ſingulari duorum fontiũ ingenio maxime inſignis: alterum qui guſtauere / riſu ſoluuntur in mortẽ ita affectis / remedium eſt ex altero bibere.

De duob⁹ fontibus. Vn⁹ ledit alter ſanat

Ab eo tractu quẽ fere infeſtant / proximi ſunt ſinaptodes / inflexi lentis cruribus: quos ſerpere / magiſqꝫ ingredi referunt.

Pharuſi.

¶ Deinde pharuſi aliquãdo tendente ad heſperidas hercule dites: nunc inculti / ⁊ niſi quod pecore aluntur / admodum inopes. ¶ Hinc iam letiores agri ameniqꝫ ſaltus.

Terote. Berini.

Terote. Berini ebore abundant / Nigritarum: getulorũqꝫ paſſim vagantium: ne littora quidem infecũda ſunt. purpura / ⁊ murice efficaciſſimis ad tingendũ: ⁊ vbiqꝫ q̃ tinxere clariſſima.

Mauritania.

¶ Reliqua eſt ora mauritanie exterior: ⁊ in finem ſui faſtigiantis ſe / africe nouiſſimus angulus / iiſdem opib⁹: ſed minus diues. Ceterum ſolo etiam ditior / ⁊ adeo fertilis eſt: vt frugũ genera non cum ſerantur modo benigniſſime ꝓcreet: ſed quedã ꝓfundat etiã nota.

Anthe⁹ regnauit in Mauritania.

hic Antheus regnaſſe dicitur. ⁊ ſignũ quod fabule clarum prorſus oſtenditur / collis modicus reſupini hominis imagine iacentis: illius (vt incole ferunt) tumulus: vnde vbi aliqua pars eruta eſt / ſolent imbres ſpargi: et donec effoſſa

replèantur/eueniunt. ¶ Hominum pars ſyluas frequentant Mores
minus: q̃ quos modo diximus: vagi. pars in vrbibus habitãt: maurorũ
quarum vt inter paruas opulentiſſime habentur: procul a mari diuerſi.
Gildano. dulbritania/ propius autẽ ſala et Lixo flumini Luno
proxima. vltra eſt colonia: ⁊ fluuius Gna: ⁊ vnde initium fecimꝰ
ampeluſia in noſtrum iam fretum vergens. pmontoriũ operis
huius atq; Athlantici littoris terminus.

Finis Tercij ſimul et vltimi Libri Pomponij Mele.
Sequitur Peroratio in Pomponium.

# Jo. Cocleus Noricus. ad Lectorem.

Habes Pomponiũ Melam: Candide lector: Germanicis quoqꝫ typis impreſſum / Quẽ Galli ſemel excuſiſſe gaudẽt: Veneti in luce ꝓtuliſſe gloriant̃. Nec ab re quidẽ: Eſt em̃ Author nõ vulgaris / nõ ꝓlixus / nõ ineptꝰ: ſed egregius / compendioſus \ terſus / planeqꝫ iucũdus. Quippe ⁊ Coſmographiã ⁊ Corographiã elegãter ꝓſequutus / doctrinã ſimul cũ latinitate pollicet̃. Nõ em̃ nuda locorũ noĩa ꝓfert / vti Ptolomeus / et Plinius / Nec ꝓlixas nimiũqꝫ vetuſtas intermiſcet hiſtorias / ſicut Strabo et Solinus. Sed copioſa quadã breuitate cõplectit̃ ⁊ locorũ ſitus ac nomina / ⁊ populorum mores / ac terrarum qualitates / ſimul et hiſtorie veritatẽ: ſtilo quidẽ eleganti / homineqꝫ Romano q̃ꝫ digniſſimo. Proinde ceteris Geographie ſcriptoribus inferior haberi debet minime. Credo equidem ipſum ex ijs / quorũ opera apud nos impreſſa circũferunt̃ / fuiſſe primũ / qui terrarũ deſcriptioni operam egregie nauauerit. Nam ſub Auguſto ſcripſit Strabo Cretenſis Sub Domiciano / Pliniꝰ Veronenſis Sub Marco Ptolomeꝰ Alexandrinus At Pomponius Mela longe prius / ſub Conſulibus. Qñ quidẽ Magni Pompei cõtemporaneꝰ extitit (vt Chronica teſtat̃) Julijqꝫ Ceſaris temporibꝰ floruiſſe cõperit̃ / Vti facile ex verbis eius / de Britãnia li. iij. cognoſcere licet. Quare ob antiquitatẽ quoqꝫ reuerẽtiã maior ei q̃ꝫ ceteris debet̃ Authoritas / p̃ſertim apud Latinos / quibꝰ tanto tp̃e ſemꝑ vſui eſſe potuit. Strabo em̃ et Ptolomeus greci fuere / nec diu eſt ex quo latinitate donati ſunt / a latinis ex greco ſermone tranſlati: Proinde tãdiu nobis nõ ꝓfuere. Adde ꝙ verba ꝓpria ſemꝑ maius habent ⁊ ſentẽtie ⁊ Authoritatis pondus / q̃ꝫ verba tranſlata / alioqꝫ idiomate cõmutata. Atvero Plinius etſi latine atqꝫ elegãter terrarũ deſcriptionẽ edidit / tñ cum eam ceteris libris intermiſcuerit (nam tercio quarto quinto ⁊ ſexto libris eam cõplexus eſt) nõ ita cõmodã eã diſcipulis reddidit / vti Pomponius: Qui cũ breuis ſit / paruo ere cõparari poteſt / Et cũ gentiũ mores / terrarũqꝫ faciẽ ac habitum / diligentius cõmemoret / cõmodior certe ſimul ⁊ iucundior fore adoleſcẽtibꝰ viſus eſt. Fuit aũt exemplar / quod Galli impreſſerunt / mendoſum punctiſqꝫ male diſtinctũ / Quod ſm exemplar Italicũ / Venetijs ꝓcuſum / emendauimus / quantũ ꝑ occupationes licuit. Ambo tñ cõtinua oratione. abſqꝫ capitũ Titulorũqꝫ diſtinctione fluebant / multis in margine notis ſupervacuis. Adiecimus itaqꝫ ſingulis Chartis ſuos Titulos / Libroſqꝫ in capita diſtinximus / ac alias marginibꝰ notas appoſuimus Mendas Calcographi incuria admiſſas / circa finẽ forte annotabimus: poſt Compendij Germanieqꝫ manũ extremã. Hec interim q̃ſo / equi boniqꝫ facito: iucũde Lector: meãqꝫ operã (ſi tibi diſpliceat) ꝑmitte iuuẽculis noſtris eſſe ꝓfuturam. Vale.

# Jo. Coclei Decaſtichon. In librū.

Dulichij naues peregrinas laudat Homerus:
Erroreſq; vagos/quos Menelaus obit.
Qui mores hominū viderunt regnaq; ⁊ vrbes
Multorum/⁊ terre et ſeua pericla maris.
Plus laudis breuis iſte liber/me Judice/multo
Jure feret/gentes qui docet omnigenas.
Jlli non totum peragrarunt equor / in artus
Jmmiſſum terre/quod tria regna ſecat:
Jſte liber narrat cuncta equora/flumina/gentes/
Oppida/regna/Lacus/Oceanumq; patrem.

## In Pomponium Hendecaſyllabon Eiuſdem.

Pomponi decus omne litterarum
Quas cetus latie colit Minerue.
Quas grates referat tibi Juuentus:
Qui nodos aperis latentiores.
Prebes hiſtorie ſalubre lumen:
Fulgentem quoq; fabulis lucernam:
Natureq; ſimul ſacrata iura
Pandis/das veterem redire cultum/
Doctrinamq; bonam/fugare tetram
Lingue Barbariem/iuuas lepore.
Te germana colit docenda pubes/
Et gaudet ſibi contigiſſe tempus
Jn quo te legat/hauriatq; prima
Fundamenta: meam/ precor/ tenellam
Ne incuſes operam tibi fauentem.

Clariſſimo viro Bilibaldo Pirckheimer: Senatori Norinbergẽſi: et grece ⁊ latine eruditiſſimo: Dño ſuo Jo. Cocleus Noricus S. P. D

Geographiam Pomponij Mele iampridem/noſtros docere adoleſcẽtes/ animũ induxi: Preſtãtiſſime D. Bilibalde: ob plurimas ſane/ maximaſqꝫ (quas preſefert) vtilitates. Verum exemplaria alibi impreſſa/diu mihi incaſſum deſiderata ſunt: Jdeo curaui/vt hic denuo procuderentur. Etenim nec poetas/nec hiſtoricos ſine Coſmographie intelligẽtia/plane quiſpiam intelliget/ſed ne leget quidem fructuoſe ac iucunde/niſi prima ſaltem rudimenta eiuſmodi artis calluerit. Jmmo vero littus arare videt̃/ Siſyphiqꝫ rotare ſaxum/qui aut poeſi aut hiſtorie ſine Coſmographia vllam impendit operam. Haud ſecus atqꝫ oculis captus/qui de colorũ natura varietateqꝫ diſſerere conetur. Jlli enim ignota ſunt loca/ Jn quibus res dicunt̃ geſte ac tranſacte: Quẽadmodũ/huic ignotũ eſt lumen/Jn quo colores cõſpiciunt̃. Qꝫ ſiqui cauſent̃/Juuenculos primis litterarũ rudimentis iniciatos/hanc lectionẽ capere non poſſe/meminerint queſo/ ſubiectam huiꝰ artis materiam ſenſibilem eſſe omnẽ/Jntellectum ꝓinde diſcipulorũ facile poſſe iuuari ⁊ fideli p̄ceptoris inſtructione/⁊ oculari locorum demõſtratione. Mihi ꝓfecto tres in eum vſum mappe aſſeruantur/due ſcripte/ et vna impreſſa. Adieci inſuper breue compendium/quo Pomponij intelligentiã ꝓmouerẽ. Nã de zonis ac climatibꝰ terre/ac de circulis celi/poliqꝫ eleuatiõe/ atqꝫ de vocabulorũ Geographie recta acceptione/ nihil ſollicitꝰ fuit ĩ ſua deſcriptiõe Pomponiꝰ: Jdeo pauca de illis ſubijcere/dignũ ſimul ⁊ neceſſariũ fore viſum eſt/quãdoquidẽ ſine ijs ꝑfecta nequit eſſe eiꝰ artis traditio. Ceterum de Germania pauciſſimis (ꝙ tunc ignota adhuc erat) ſcripſit: ꝓ cuius elucidatione breuem adiunxiſſe deſcriptionẽ fas ſit queſo/ ne patriam noſtram contemnere videamur cum priſcis illis ſcriptoribus. Hec tibi nũcupo omnia/que vt boni equiqꝫ facias/rogo/ ꝓ mea in te obſeruantia/diſcipulorũqꝫ cõmuni ꝓfectu. Vale ex Scholis noſtris/Sexto Calendas decembris. Anno. 1511.

# De Quinqꝫ Zonis Terre

## Compendiũ Jo. Coclei Norici In Geographiã introductoriũ/x. Capitib⁹ cõflatũ.

## De terras ĩ quĩqꝫ zone ꝑtitiõe. C. j.

¶ Cuius figure eſt terra: Rotũde. Q̃uo oſtendit: ex ortu ⁊ oc-
casu ſyderũ. Nã ꝓpter tumorẽ terre prius apparẽt aſtra orien
tia ijs qui in oriente habitãt/q̃ȝ illis qui ad occidentem vergunt
Ab auſtro q̃ȝ in ſeptentrionem globoſitas eſt terre/hoc quidem
argumẽto: ꝙ Canopus et cetere circa Antarcticũ polũ ſtelle / no
bis nunq̃ȝ apparẽt et cõtra Bootes ⁊ ſeptẽtriones nobis ſemꝑ
viſunt/antipodib⁹ vero perpetuo occultant. Luna q̃ȝ orbicula-
riter recipit lumẽ a ſole ꝓpter terre rotunditatẽ interpoſitam.

Terra eſt rotunda

¶ Q̃uo diuidit orbis terre: In quinqꝫ zonas/ ꝑinde atqꝫ celũ
in quo continet. Quid eſt Zona: eſt circulus ꝑalellus / ab altero
circulo vbiqꝫ equaliter diſtans. Aut potius plaga / inter duos
ꝑalellos cõtenta. Q̃uo diuerſificant ille Zone inter ſe: ex motu ſo-
lis. Quãto enĩ ꝓpius zone accedit/tãto calidior ipſa reddit: quã-
to remotius a zona diſcedit/tanto fit zona frigidior: q̃nquidẽ ſol
tocius caloris fons eſt.

Quid eſt Zona

¶ Quo fit/vt extreme due zone polis
ſubiecte/ſempiterno frigore inhorreſcãt: quoniã ſolis acceſſum
nunq̃ȝ ſortiunt. Proinde animãtiũ habitatiõi ac ꝓcreatiõi non
cõueniũt: Vita enĩ (vt docet phũs) in calido ꝯſiſtit ⁊ hũido. Qua
ꝓpter q̃nto ꝓpius terra polis adiungit/tanto egrius habitat.
Nam ob caloris defectũ fructus terre nõ creſcũt. Hinc poete fa
mis patriaȝ illic eſſe finxerũt. Qui viij meta. Eſt locus extremis
Scythie glacialis in oris: Triſte ſolũ/ſterilis ſine fruge / ſine ar-
bore tellus: Frigus iners/illic habitãt palloreqꝫ tremorqꝫ. Et ieiu-
na fames. Lucan⁹ itẽ. Et qua pruina rigens/ac neſcia vere remit
ti/Aſtringit ſcythicũ glaciali frigore pontũ. Illic igit/ nec vina/
nec arborũ fructus creſcũt nec ſemina terre. Hinc vaſte ſolitudi
nes/inculti hoĩes/frugũ inopia/a limonia piſces/vt in hibernia
Noruegia/ Gothia/Liuonia/totaqꝫ circa Tanain Scythia.

Due Extreme ſemper frigide.

¶ Media aũt zona/inter duos tropicos clauſa/ ob coloris ex
ceſſuȝ/ mortaliũ habitatiõi nõ cõpetit. Nam (vt canit Virgili⁹)
ſemꝑ ſole rubens/⁊ torrida ſemꝑ ab igne eſt. Habet itaqꝫ pluri-
ma loca deſerta/preſertim in Africa: fructus vero ꝓfert calidos
vt Piper/Cynamomũ/Thus: et ſerpẽtes q̃ȝ mire magnitudinis

Media ſꝑ Calida

nſtitudiniſqȝ. Dicit̃ aũt torrida: q̄ ſolis calore torret̃. Sub Torpicis nanqȝ ingens eſt calor/ ꝓpter diuturnã ſolis ſupra caput morã: atqȝ ꝓpter directos eius radios illic incidentes. Sub equinoctiali vero/ etſi ſol ſupra caput nõ facit tantã moram/ quia tñ illic ſemꝑ ꝓpinquus eſt/ ſemꝑ eius ardore terra incaleſcit: Tum ꝙ bis in anno ſupra verticẽ ferat̃: tũ ꝙ directos illuc radios proijciat. Tibullus. At media eſt Phebi ſemꝑ ſubiecta calori: Seu ꝓpior terris eſtiuũ fert̃ in orbẽ: Seu celer hybernas ꝓperet reducere noctes. ¶ Sunt tñ nõnulli/ qui aſſerũt/ aerem illic eſſe

Opinio Theologo tꝑatiſſimũ/ propter aſſiduã dierũ noctiũqȝ equalitatẽ. Sic enim euenire: vt qđ lux calefecerit/ tenebre refrigerẽt. Hinc aſtruũt illic Paradyſum ſitũ eſſe. Qđ ſi ita eſt/ ſecretiorib⁹ ꝓfecto nature cauſis/ diuineqȝ inſtitutiõi potius attribui debet. Quis eñ cunctas nature leges explicabit? De Hyperboreis fert̃/ ꝙ ſaluberrimo ſub celo viuãt longiori q̃ȝ nos etate/ magiſqȝ ſalubri corꝑe: et tñ vltra Rypheos mõtes habitãt: vbi ex ꝯmuni lege nature aer eſſet frigidiſſim⁹ ſane/ ac vite humnae minĩe idone⁹. Sed quid vetat naturã ſibi peculiariter quedã reſeruare/ cauſamqȝ mortalibus eſſe ignotã? Ardorẽ tñ torride zone indicat color hominũ: nigri eñ ſunt/ Ethiopes/ Arabes/ et Indi/ ꝓpter calorẽ ſolis. ¶ Re

Due Zone temꝑate lique aũt due zone/ torride extremiſqȝ interpoſite/ tꝑate ſunt/ animantiũqȝ incolatui accõmode. Calore eñ medie/ frigoreqȝ extremarum cõtemꝑant̃. Ceterũ ea/ que ab eſtiuo tropico/ ad ꝑallelũ

Zona nob cognita vſqȝ Arcticũ ꝓtendit̃/ nobis cognita eſt noſtrãqȝ habitabilẽ terram in tres ꝑtes diſtinguit. Tibullus. Hic placidus nobis per tꝑa vertit̃ annus: Hic ⁊ colla iugo didicit ſubmittere taurus: Et lenta excelſos vitis cõſcendere ramos: Tondet̃qȝ ſeges maturos annua partus: Et ferro tellus/ pontus cõfundit̃ ere: Quinetiam

Zona incognita ſtructi exurgũt oppida muris. De reliqua aũt zona (Antipoduȝ inquã) ad noſtra vſqȝ tꝑa nihil cõpertũ eſt ab antiquis. Veruȝ Americus Veſputius iam noſtro ſeculo/ nouũ illũ mundũ inueniſſe fert̃/ Portugalie Caſtilieqȝ regũ nauibus. uc dum vltra torridam zonã/ verũ etiã vltra tropicũ capricorni longe ꝓgreſſus-tã longe extenſam aſſerit Africam: A qua nouus ille mũdus penitus ſit diuiſus/ vel Europa noſtra maior. Id ſiue verum ſit/ ſiue effictum: ad Coſmographie/ Hiſtoriarũqȝ cognitionem/ nihil

aut omnino parum confert. Nam et gentes et loca illius terre/ hactenus ſunt et ignota et innominata nobis: nec fiunt ad ea loca nauigationes/niſi multis cū periculis: Proinde geographis non ſunt cure.

# De Diuiſiōe Terre Habitate. Ca. ij

occiſis nõnullis regibus:ꝙ pacez cũ Romanis iniuiſſent/Vualliam elegerunt:qui a Cõſtantino Honorij duce territus/Placidiam reddidit/Impetrata ſede in Aquitania circa Toloſaz: fuere poſtea auxilio principi ꝯtra Alanos et Vandalos/q̄ Hiſpanias occupauerãt:. ¶ Atuero Vandali Alaniq̃ꝫ cũ rege ſuo Genſerico/a Gothis expulſi/in Aphricã traiecerũt/q̄ deuaſtata Hipponẽ obſederũt(vbi S.Auguſtinꝰ vij obſidionis menſe de ceſſit)qua vrbe potiti/omnia diripuerũt.Dehinc Genſericus rex.Romam vocatus ab Eudoxia cõtra Tyrãnidem Maximi: omnia in vrbe diripuit/Eudoxiam abduxit In Aphricã . xlviij. annos regnauit/Dein ſucceſſores eiꝰ xxij. annis adhuc/illic mãſerũt/donec a Beliſario Juſtiniãi duce/ victi penitꝰ q̃ꝫ deleti ſũt

Alani et Vandali Ex Hiſpania in Africã traiecerunt.

¶ Interea Attila Rex Hunnorũ ex Pãnonia in Italiã mouit cũ validiſſimis Germanorũ auxilijs/Marcomãnis/ Quadis/ Sueuis/Herulis/ Turingis:ꝯtra quẽ Aetius Dux Romanoꝝ cũ Gothis in campis Catalanicis pugnauit: ceſis Clxxx.milibꝰ hominũ:Victus Attila Pãnoniaz repetijt/ maioriq̃ꝫ cũ exercitu dehinc Italiã repetens: Aquileiaz poſt Triẽnalẽ obſidionẽ cepit multaſq̃ꝫ Venetie vrbes diruit : Romãquoq̃ꝫ diripuiſſet/ni S. Leo Papa ad eũ ſupplex veniſſet.Accepta itaq̃ꝫ in vxorẽ Honoria Impatoris filia/ad ꝓprias ſedes reuerſus/in nuptijs inebriatus/ſanguĩs e naribꝰ eruptiõe/ſuffocatꝰ eſt.Deinde Odonacer cũ Herulorũ Turilingorũq̃ꝫ auxilijs / e Pãnonie finibꝰ ꝑ Noricũ in Italiã tendit/ꝓtritiſq̃ꝫ reſiſtentibus: vrbẽ totiuſq̃ꝫ Italie regnũ occupauit/ac xiiij.annis pacifice obtinuit.

Hũni In Italiã trãſierunt.

¶ Donec Theodericus Rex Gothoꝝ/amicicia Zenonis principis fretus maxima manu Italiã ingreſſus/mltis prelijs/ obſidiõibuſq̃ꝫ eũ ꝑ triẽniũ ſuparet ac interficeret/ Totaq̃ꝫ Italia cũ ingẽti Romanoꝝ leticia potiret̃.Rome tẽpla reſtituit/Rauẽnã ſibi Regiã delegit/Arriana tñ peſte pollutꝰ/ Boetiũ ⁊ Symachũ Catholicos viros ꝑemit:regnauit annos xxxviij.eiꝰ vxor cũ filio viij.Poſtea Theodorꝰ ij.quẽ Beliſariꝰ interfecit/q̄ fuerat miſſus a Juſtiniano pricipe/ad liberãdã a Gothoꝝ Tyrãnide Italiã/ At Gothi Theodoro ſuffecerũt Victigẽ Regẽ/q̄ cc.milibꝰ Romã obſidet. At multis ꝑlijs a Beliſario ſupatꝰ captuſq̃ꝫ tãdẽ Cõſtãtinopolĩ in Triũphũ ducit̃. ¶ Dein Totila Gothorũ rex collecto exercitu Beliſario ꝯgredit̃/q̃ victo/vrbẽ ĩgredit̃:Ad Juſtiãnũ/ Pelagiũ Papã ꝓ pace mittit/q̄ nõ ĩpetrata/terciã ꝑtẽ muroꝝ vrbis deicit:

Gothi Hũnoſex Italia ſub moyerunt

Totila Romã cepit ac dirnit.

Capitolium incendit / ac omnia diripit At eo digreſſo / Beliſarius vrbem reparat / q̄ʒ denuo obſidet Totila / ſecūdoq; obtinet / Narſes tandem cū pluribus reliquis Juſtiniani ducibus / auxilio quoq; longobardorū fultus: victis Gothis plurimis vbiq; prelijs / Gothico bello (qd̄ continue xviij annis durauit in Italia ſub Juſtiniano principe) finem impoſuit. At quia ei digna gracia a principe habita nō eſt / Longobardis perſuaſit vt Italiam inuaderent. ¶ Anno ſalutis D lx. Pannoniam occupauerant: ac xlij. annis tenuerant / Italiam vero ingreſſi / varijs calamitatibus affecerunt eā / vſq; ad Caroli Magni tempora / qui eos deuicit. Quorum rex Alboinus xi. annis in Italia regnauit / Poſt quem decennio apud eos durauit interregnum: Quo tp̄e Burgūdiones Galliaʒ ingreſſi: depopulati ſūt eā ſedeſq; adhuc hodie illic retinent: Multa dehinc longo tempore bella geſſerunt Longobardi in Italia / tū contra duces Imperatoris / tū contra Gallos: Ad quos reprimendos Pipinus bis Alpes trāſcēdit Demū Carol⁹ magn⁹ finē bello impoſuit Anno Chriſti D ccc.

*Lōgobardi in Italiam iuerūt*

¶ Sed quorſum iſta? huc certe / q̄ Germani in bellica virtute ceteris Europe populis longe videntur ſuperiores / et fortitudīe animi / ꝛ robore corporis / Atq; multitudine militum. Quid ita? Nam dicte gentes / que mundi dominaʒ olim Romā: totamq; Italiam / tot cladibus affecere / vicere peſſum dedere / Germani fuere.

*Bellica ceſ Germani*

¶ De Vandalis qui Gallias / Hiſpaniaſq; an̄ Gothos occupauere / Teſtes ſunt Plinius. Ptolemeus. C. Tacitus Eutropius: ¶ De Gothis idem Tacitus qui Gothinos ponit ꝛ Gothones: Et Procopius aſſerit eaſdē eſſe gentes Gothos Vandalos ꝛ Alanos. Paulus inſup diaconus ex nomine probat: Nam Oſtrogothos Orientales dixere ſua lingua Et Viſigothos Occidentales: Germanica eñ lingua / Oriens Oſt dicit Occidens Weſt. Hinc adhuc hodie ꝑmanēt illa nomina Oſterreich Weſterreich / q̄ Gothi tūc diuiſi erāt. ¶ De Hūnis plēs aſſerūt / q̄ fuerīt gens Sythica / res tū p̄clare geſtas in Italia / nō ſine Germanoꝝ auxilijs ductuq; ꝑfecere. ¶ De Longobardis oēs ꝯſentiūt: eos fuiſſe Germanos / nō lōge a Rheno poſitos: ab ipis Lōbardia noīe gaudet: flos mō delicieq; Italie. Burgūdiones q̄ʒ ꝛ Anglij Germāie ppl'i antiq̄ⁱ⁹ fuere / teſte Pli. ꝛ Cor. Hi nūc Britāniaʒ / illi Gallie ꝑtē tenēt. At hec de reb⁹ Germanoꝛu vſq; ad trāſlatiōʒ Ro. imperij ad Germāos breuiſſime dicta ſūt

*Vandali fuere Germani et Gothi q̄ʒ*

*Humni Scythe*

*Lōgobārdi Germāi*

Atuero ſi Imꝑatorum Germanie geſta recenſere velim: A Carolo magno vſqꝫ ad Maximilianū/nō eſſet dicēdi modus: Iā enī ſeptingētis annis apud Germanos Romanū ꝑmāſit impium: qd̄ adminiſtrauerūt Tot glorioſi principes/ Caroli/ Othones/ Cōradi/ Henrici/ Friderici: vt ſi germanis ſcriptores affuiſſent. vti Grecis atqꝫ Latinis/ haud minorē haberēt qꝫ illi hiſtoriarū Codicē. ¶ Et ſi a fertilitate glebe/aut ab ingenioꝝ acumine/ regionibus ſub Clemētiore celo ſitis/equiparari nequeat Germania: virtute tn̄ bellica vtiqꝫ poteſt. Quippe que ſemꝑ inclyta fuit armis. Exteros nunqꝫ admiſit. Nec Alexandrū nec Cyrū: Externis vero dominata eſt ꝑſepe. — Romani a grecis ad germanos

## De ſtatu preſenti: ſituqꝫ Germanie Capitulum. .iij.

¶ Poſtqꝫ fidē Chriſti amplexi ſunt Germani: Indies ꝑfecere et in morū vrbanitate ⁊ virtutū cultu / tū in potentia/ opulentia ciuilitate/Ingenijqꝫ acrimonia: mirabili ſane incremēto. Vrbes cōdidere pene innumeras/ magnificis edibus/firmiſſimiſqꝫ menibus/vallis/foſſis/turriūqꝫ minis ꝓmunitas: legib⁹ politiciſqꝫ Inſtitutis decoratas: Ciuium honeſtate/religione/pietate/iuſticiaqꝫ inſignes: templis/religioſiſqꝫ cōuentibus refertas: Ita/vt nūc optimo iure/ Gallijs/Hiſpanijſqꝫ/ipſi qꝫ Italie. Honeſto viuēdi ritu equiparari queat Germania. Et ſi tam vberis glebe nō fuerit/id nature dat̄/nō vituperio. — Incrementum Germanorum ſb fide chriſti

¶ Nihil tn̄ Germanis deeſt/tū ad victū tū ad amictum: ꝓter Aromata vinaqꝫ externa cūcta poſſunt equo(ne dicā minori) ꝑcio cōpari apud Germanos/quo vel Rome emunt̄ Fere/ Pecora/piſces/aues/frumēta legumina. Cibos parāt lautiores/ tū ſapore:tuꝫ condimētis/ qꝫ aut Itali aut Galli. q ſi Aromata ab illis imꝑtant/exportāt artificum opa ad illas/ mutuiſqꝫ gaudēt cōmercijs. Credo equidē dei benignitate nunc Germanis longe maiorem qꝫ antea ingenij vigorem acrimoniāqꝫ ineſſe. — Germanis ad victum nihil deeſt

¶ Quod ex mirabilibus ſane eorum inuentis licet coniectare. — Inuenta Germanorum.

¶ Machinam bellicam horrendiſſimum tormēti genuſ(qd̄ Bombardam vocant) Anno dn̄i. M.CCC.LXXX. inuenerūt/varijſqꝫ nunc modis effingunt/puluere tormentario globum impellentes. At id priſco eorum ingenio dandū eſt/cū ſemꝑ armis ꝓſtitetint. — Bōbarda

¶ Reliquuꝫ eſt inuentū/iſto longe vtili⁹ honeſtiuſqꝫ ac toti terraꝝ orbi grati⁹

# De Situ Germanie

Calcographia ſeu Ars Impreſſoria.

Ars in quam Impreſſoria/ qua ſolidos ere characteres cudunt verſiſqꝫ docēt ſcribere litteris:Anno dñi M.cccc.xl.Qua ꝓfecto arte ſalubriꝰ nullꝰ mortaliũ(vt mea fert opinio)vnq̄ꝫ inuenit q̄c q̄ꝫ. Nã lr̃e que funditꝰ interierãt/ hac arte reuiuiſcũt/tã latine q̄ꝫ grece. In Artificijs autē tot habent egregia inuenta / in Architectura/pictura/ſculptura/vtẽſiliuꝫqꝫ fabricatura/vt nl̃la natiōe videantur obtuſiores minuſqꝫ ſolertes Germani. Pyramides/ Egypti celebrat ãtiquitas ccc.cubitꝫ altas Germani Turres habent D.cubitis altiores/vnã Argentine/alterã Vienne. ¶ Preterea / artium liberaliuꝫ ſtudia ita amplexi ſunt/vt plurima publice Gymnaſia erexerint/indieſqꝫ adhuc plura ꝯſtituãt. ¶ Felix igitur nũc Germania/ nimiumqꝫ felix ſi fortiter (vt hactenꝰ) Turcorum rabiem cohibuerit ne Chriſti Ouile diripiat Mahumetus/ Qꝛ ſi Germanorũmilitũ (qui vbiqꝫ Chriſto militãt) robur deficeret/actum eſſet nobiſcum. Sed de ijs ſatis/ nũc ad ſitũ generalemqꝫ Germanie deſcriptionem conuertatur ſermo.

Sitꝰ Germanie

¶ Germania(inquit Cor.Tacitus)oīs a Gallis Rhetijſqꝫ et Pannonijs/Rheno et Danubio fluminibus. A Sarmatis Daciſqꝫ mutuo metu/aut montibꝰ ſeparat̃ Cetera Oceanus ambit latos ſinus ⁊ inſulaꝝ inmēſa ſpacia ꝯplectēs At nũc latiores ſũt fines eius/Rhetij eñ nũc Sueui ſũt/ Superiorqꝫ Pãnonia nũc Germanie pars eſt:que Auſtria dicitur / Longus quoqꝫ tractꝰ trans Rhenum Gallie ademptus eſt/Germanie adiectus.

Germanie Fines.

¶ Credo equidē nullaꝫ in Europa latiorem eſſe regiōem Germania:Quãuis Hiſpania ſex Septẽue regnis ſe iactitet. Clauditur a Meridie Italia et Dalmatia:Ab Oriēte Hungaria et Polonia : A Septentrione mari Baltheo magnoqꝫ Oceano : Ab Occidente vero Gallia mariqꝫ Britãnico.

Collatio Antiquoꝝ noīm cum modernis

¶ Gentes ad meridiem erãt olim: Heluetij Rhetij Vindelici Boi Norici Tauriſci/ Nunc Suitenſes/Wirtenburgenſes/Sueui / Tyrolenſes/ Bauari/Stirij. ¶ Ad Orientem Pannones Marcomanni Quadi nũc Auſtrales Mor aui Sleſite. ¶ Ad Septentrionē Varini/Gothones/Cimbri/Teutones/Chauci: Nũc Liuones Prutheni/Daci/Saxones/Vueſtuali. ¶ Ad Occaſum in Ripa Rheni/Raurici/Tribotes/Vangiones/Vbij / Sicãbri Bataui Mattiaci/Morini:nũc Baſilea/Argentina:Vuormacia Agrippina/Gelria/Holãdia/Selandia/Flandria. ¶ In Mediterranea inferiori quideꝫ Chauci/ Chatti:nũc Vueſtualia

# De Montibꝰ et Fluuijs Eiuſdem

Haſſia. In ſuperiori Bructeri Tencteri Longobardi/ Hermā
dui/ Cheruſci: Foſi: Nūc Preuſca Marchia Badēſis/ Franco-
nia/ Boemia/ Turingia/ Miſnia: At Vandali/ Alani/ Gothi/
Sarmathis confines fuere. Extant adhuc alia nomina quam
plurima: quorum loca ex Ptolemeo cognoſcere licebit/ Hec di-
cta ſint pro antiquarum hiſtoriaruꝫ intelligentia. ¶ Mon- Montes
tes Germanie ſunt Alpes/ Carpathus/ Cecius/ Pinifer/ Obno Germanie
bius. ¶ Alpes a Gallis/ Italis/ Dalmatiſqꝫ/ Germanos Alpes.
diſterminant/ montes quidem tocius Europe maximi: Perinde
atqꝫ Taurus Aſie: ⁊ Athlas Africe. Altiſſimi quoqꝫ: Nam cete
ros montes tā Grecie q̃ Thracie (vt Olympū Oſſam Hemuꝫ
Rhodopen) vno die expeditus viator ⁊ aſcendere ⁊ circuire po-
teſt. Alpes autē ne die quinto aſcendi poſſunt: vt refert Strabo
ex Polybio. li. iiij. Longitudo vero eſt/ ſtadiorꝫ milibus duobus
àc ducentis. ¶ Carpathus a Sarmathis ſepat Germaniā Carpathꝰ.
Cecius a Pannonia diuidit Noricū/ nūc dicit̃ mons Caluus. Cecius.
Pinifer circa Boemiam. Obnobius vero inter Vueſtualiam Pinifer.
et Haſſiam. ¶ Flumina Clariora quidem ſunt Rhenus/ Obnobiꝰ.
Danubius/ ⁊ Albys. ¶ Rhenus quidem nunc cū ripa ſua Flumina
Germanoruꝫ delicie vocant̃: Oritur in Alpibus in monte Adu Germanie
la tribus Oſtijs in Britānicuꝫ defluit Oceanum. ¶ Danu- Rhenus.
bius tocius Europe omniū fluuiorum maximus (vt refert Ari- Danubiꝰ.
ſtotiles. li. ij. Meteororꝫ) Sexaginta amnibus auctus/ nauiga-
bilis in pontum ſeptem ꝑcurrit Oſtijs. Author eſt Plinius. li.
iiij. Oritur autem in Germanie iugis montis Abnobe et vnde
primū Illyricū alluit Iſter appellatur Teſte eodem Authore.
¶ Albys vero ꝑfluit/ Saxoniaꝫ/ Boemiā Miſniam in Occa Albys.
num Germanicū. Eum Romani (vt refert Strabo. li. vij.) nūq̃
armis tranſierunt. ¶ Danubius ex Alpibus amnes recipit Reliq̃ Flu
Oenum Iſarum Licum/ Rhenus Necarū Moſellā et Moſam mina Ger
Ex Pinifero quattuor flumina oriunt̃. Sala quidē ꝑ Curiones
in Albym recipitur: Menus ꝑ Francos in Rhenū defluit circa
Mocunciacū: Egra per Boemos in Danubium: Nabus vero
per Noricū tranſdanubianū/ Danubium ſubit. Ex Carpatho
quoqꝫ multa exeunt flumina verſus Arcton: Iſtula quidem per
Poloniaꝫ/ Odera vero ꝑ Sleſiam et Marchiam Pomeraniāqꝫ
Ex Obnobio Amaſis/ Viſurgis/ Salas in Oceanum Germa- Sylue Ger
nicum emittunt. ¶ Sylue per Germaniam multe ſūt. Vna manorum

Hercynia

precipue(cuius cetere ſunt partes) Hercynia dicitur/et grecis ꝛ latinis memorata ſcriptoribus.lx.dierum iter in longitudine cõtinens. Trans iſtulã in Sarmatia Vros babet ꝛ Viſontes/ veteri druidum religione celebrata/multorũ amniũ origo. Portiones eius ſunt: Sylua nigra in Sueuia: Speſ hart in Frãconia: Sylua Turingica/ꝛ Boemica.ꝛc.

# De Nornberga germaĩe cẽtro.c.iiij

Norinberga centruʒ Europe ſimul atqʒ Germanie

¶ In hac Germanie deſcriptiõe Vrbs Norinberga cẽtri rationem ſubit. Q̃nquidẽ media ferme eſt ꝛ ſitu ꝛ lingua ac ṽtute. Situ inquã nedum germanie verũ etiã totius Europe media comperiẽ. Nam eque diſtat a ſinu Hadriatico ꝛ a mari Balthco: que eſt latitudo Europe. Equalis quoqʒ eſt diſtantia ad Tanain ꝛ Gades: qua longitudo ꝑpendiẽ. recte igiẽ in centro Europe iacere hec vrbs affirmaẽ. ¶ Preterea equaliter ferme diſtat a Vienna ꝛ Antuerpia in lõgitudine: a Labaco Carinthie ꝛ Lubeco Saxonie in latitudine. ¶ Inſup media quoqʒ eſt ad circũiacentes regiones Inter em̃ Bauaros et Sueuos ac Francones/tanq̃ cõmunis quidã limes/iacet.

Emporiuʒ aptiſſimuʒ

Eſt ꝑinde clariſſimuʒ totius germanie emporiũ: In quo Auſtraliũ merces imꝑtantur ac Septentrionalib⁹ inde cõmunicãẽ.

Idiomate q̃ʒ media ẽ

¶ Lingua vero media eſt/nam ꝑticipat cũ extremis a quib⁹ mixta quadã temꝑie diſtinguitur. Quippe aliquo diſcrepat ab Idiomate Sueuoruʒ/ Bauarorũqʒ ac Franconũ.

Media et virtute

¶ Virtute aũt media diciẽ/ ꝙ multiplici pollet virtute: Politica Economica/Morali ac intellectuali Virtus aũt in medio quodã cõſiſtit. Quantũ preſtet hec Vrbs politica ṽtute/re ipa lõge clarius q̃ʒ verbis noſtris liquere põt.

Vbiqʒ in europa norici Mercatores.

¶ Quippe Norinbergenſiũ opulẽtia nedũ Germanis / ſed et extremis Hiſpanis Olyxbone habitãtibus. Extremis q̃qʒ Scythis ad Tanain degentib⁹. Polonis/Hungaris totiqʒ Europe ꝑcognita eſt. Quis eſt em̃ angulus / in quẽ pecuniã merceſqʒ nõ tuliſſent? Habitãt Olyxbone/Lugduni/Venetijs/Bude/Cracouie/Vienne/Agrippine/Antuerpie atʒ in reliq̃s Europe/Emporijs/vbi mutuis mercib⁹ ditant gentes/ ſuoſqʒ a penuria vindicant

Vrbs iſta inſterili ſolo

¶ Sed quid iſta ad politicã conferũt? plurimũ ꝑfecto Nam vrbs ipa in ſterili ſolo ſita eſt / nequit ꝑinde populus ex ſuo dumtaxat ſe ſuſtentare agro/qui partim ſyluis obductus eſt partim Sabulo ſterilicʒ harena oppletus. Quãdoquidẽ hebdo

# De Norinberga.

madis ſingulis ſup̄ mille modiorum frumenti cōſumit/ centūqꝫ
boues pingues:preter reliquas carnes pecorū ferarum ac volu-
crum nō ſufficiunt. Non eſt igitur apud exteros politica eorum
virtus ignota At vero domi tam egregiam gerunt politiam/vt
nulli toci⁹ Europe vrbi hec ſit ſcd̄a. Qꝫ ſi plereqꝫ vrbes Grecie/
Italie/Hiſpaniarū/aut Galliarum/huic diuicijs rerūqꝫ opulē-
tia p̄ſtent. Clementie celi ꝯmoditatiqꝫ loci ac fertiliati glebe aſcri
bi poteſt. Atuero vrbs iſta nullo iſtorum gaudet / ſed ſola ciuiuꝫ
induſtria/quod certe multo potius laudi dandum eſt/quā ſi na
ture dono tam opulenta ac tā ſplendida eſſet: ¶ Quippe mu- Menibus
nitionibus/Edificijs / Magiſtratib⁹/ac multitudine nulli cedet ſplēdidiſſi-
Etenim triplici muro et foſſa vna ſupbiſſime cincta eſt. ¶ Tur ma
res in muro interiori ducente ex ſecto et quadrato lapide ſtructe
In antemurali quoqꝫ totidem fere ſunt/humiliores tn̄:Singule
vero/tormentis/telis ceteriſqꝫ bellicis machinis opplete ſunt.
¶ Foſſa latitudine viginti cubitorū patet. Altitudine ferme to-
tideꝫ eminens/nō aqua ſed viridi ceſpite obducta/ quē depaſcūt
cerui/paruo interlabente riuo Ceteruꝫ antique foſſe / veterumqꝫ
murorūꝫ veſtigia adhuc in penitiore vrbis ſitu apparent : Abo-
lentur tn̄ indies nouis edificijs. Preterea intra menia Arcem ha Arce Mu
bent / ſitu firmitate ac vetuſtate inſignem : Eſt eñ in colle erecta nitiſſima
vrbem deſpiciēs/ veluti Acrocorinthus olim Corintho immine
bat:Tam munita vero/vt merito ſit Imꝑatoris ſedes/nā in fir-
ma petra exciſa eſt Quattuor Turribus magnis munita / foſſa
in rupe altiſſima ſimul ⁊ latiſſima / pulcrum ſane in hoc violate
nature ſpectaculū: Nam parietes arcis ꝑ exciſam rupem ad per
pendiculū quadraginta cubitis ſurgūt/foſſa velut immenſa de-
biſcente:Sunt tn̄ arces in eo colle due/Vna ceſaris domicilium
In qua Fridericus tertius ortos penſiles olim cōſtituit / Altera
Marchionis olim ſedes/que nūc formā arcis nō habet/ſed do-
mus frumentaria illic extructa eſt. Habet coll' tria fana et duos
puteos / Vnū ex ijs templis taꝫ vetuſtum / vt Diane olim fuiſſe
credat̄/ eo ſane argumento ꝙ veteres ⁊ incogniti ſimulacri ima-
gines ibi viſuntur. Alter vero puteorū tā profundus eſt/ vt viſū
deſpiciētis fruſtret̄ Collis vbiqꝫ in latere ac radice/ frequēti ciue
habitat̄. ¶ Habēt inſuper portas Sex ingētes et duas ꝑuas Port' cau
Maiores ſingule exceſſis turrib⁹/ fortiſſimiſqꝫ ꝓpugnaculis ſūt tiſſima
premunite/ſingulariqꝫ induſtria flexam habent in vrbem viam/

vt ſi exterior porta pfringeret/Interior adhuc poſſit defēdi/tū a murꝭ externis ſaxis ac telis/tū a turri pēſilib⁹ clatrꝭ inferne acutꝭ quib⁹ hoſtes ſubeūtes portū obtererētur.

Amne cōmodiſſi͠a

¶ Habēt inſup Amnē Pegneſuꝫ ſiue(vt loqtur Sylui⁹)Pegnitiū q̄ mediā interfluit vrbē/xij Pontes hēt ſublicios qb⁹ vrbis ptes iūgūt/Duaſqꝫ efficit inſulas in Vrbe/extra atqꝫ intra menia plurimis rotꝭ exornat⁹/Habꝫ eñi molas frāgēde frugis/formādi eris machinarias q̄ꝫ et papyrianas/ſtridētꝭ inſup ſerre rotas.q̄ pcere arbores in aſſeres ſecant/Molaſqꝫ expoliēdoꝝ cultroꝝ/ac metallarias officinas flumē:exiguū/haud nauigabile:niſi piſcatorib⁹ at vrbi ita cōmodū/vt vix dici q̄at.

Aque ductu mūdiſſima.

¶ Habēt p̄terea Aqueductū in diuerſas plateas coactū/abluēdiſqꝫ ſordib⁹ aptiſſimū lanijs/tinctorib⁹ ac cerdonib⁹ pidoneū.Ceterū puteos publicos hñt c.ꝛ xx.Canales v̊o fiſtularioſue fontes tres ſup̄ vigīti.

Edificijs excellētiſſi͠a

¶ Edificia eoꝝ q̄ꝫ maxime ſunt egregia tā publica q̄ꝫ priuata/firmitate/ cōmoditate/ſimul et amenitate/ptim beneficio nature/ptim vero ciuiū ſolercia.Habent eñi pxime vrbem lapidis harenoſi fodinam/cui mollitudo eſt facile ferro cedens dū elaboratur.Indureſcit autē in edificijs ad auras expoſitus/ſole ventorumqꝫ flatu:velut igne decoctus/Proinde pulcerrimos educūt parietes q̄drati lapidis qui facile quoqꝫ renouari poteſt in externa cruſta/vbi vetuſtate deformior apparuerit.

Architectꝭ p̄ſtātiſſi͠a

¶ Habent p̄terea Edilem cui publice edes cure ſūt Duoſqꝫ p̄cipuos Architectos hoc eſt fabricarum magiſtros/adeo ſolertes/vt nuſq̄ꝫ alibi in Germania/q̄ a vicinis principib⁹ pſepe reqrūt vbi ardua moliunt Edificia. Alter lapideis/alter ligneis p̄ſtat ſtructuris. Grandes fiunt ſumptus quotānis/tū publice/tū priuatim.Architecti/vltra ducētos ptinue miſtros habēt/quib⁹ nec mora/nec reqes eſt. Tot fiūt noua indies Edificia.Quamobrem/maxīe timēt ciues/ne lignis tandē deficiāt/q̄ꝫuis circūquaqꝫ denſaꝫ foueāt Syluā/vel maxīa cura.Excogitarūt pinde artē ſerendi arbores Plurimoſqꝫ ſyluaꝝ cuſtodes cōſtituūt/Colligūtqꝫ ac diligēter reponūt in pomerio pceras quercus/aliaſqꝫ arbores in Edificādi vſū.

Dom⁹ frumentarie.

¶ Dom⁹ frumētarie/mľte quidē ac magne/plene quoqꝫ omnes \ publice famis ſolacia/paupiſqꝫ vulgi dulce leuamē.

Dom⁹ Armorum

¶ Q̄ꝫ ſi Armoꝝ domos intraueris/mirabūd⁹ obſtupeſces:Tot tātaſqꝫ videre licet machinas bellicas.ꝛ eas q̄dē ita ordīe ſuo digeſtas/vt ſp ad manū pmpte ſint:Tot inq̄ꝫ Bōbardas/ferreos arc⁹/baliſtas/ſcu-

ta/loricas/haſtas/iaculaqꝫ: q̄t ꝑfecto vł ipſi⁹ Vulcani officina
nūq̄ꝫ habuit. ¶ Atuero ſi Pretoriū pluſtres/poſſis credere/de Pretoriū.
Edificijs armiſqꝫ: curā eis eſſe nullā: Tāta tāqꝫ diuerſa ſūt admi
niſtrationū negocia. Habēt igit̄ xiiij. aulas/ꝓ officioꝝ diuerſita
te diſtinctas: Hic Senatores/illic Queſtores/alibi Doctores/
Quīqꝫvirat⁹/Doctores Scabinos Scriptores ⁊c̄. ¶ Ceteꝝ ſi Forū Ne-
in foꝝ deſcēderl negociatoriū/ꝯſpicies Mercatores forma corpl gociatoriū
ꝓceritate: ſplēdidoqꝫ amictu pulcerrīos: Fōteꝫ pyramidalē mł'to
auro veſtitū/pł'imiſqꝫ ac arte elaboratl imaginib⁹ decoratū xvi.
cānis largā aq̄ꝫ in variū vſū fundēteꝫ. Horologiū inſup taꝫ raꝝ
quā fontē Dō Georgi⁹ Heuß ſolerti ingenio nuꝑ excudit: mł'tiſ-
qꝫ ſtatuis in es excīſis: motu ꝯcētu: varioqꝫ indicio mirabilibus
exornauit. ¶ Preterea ſi ꝑuā exieris portā: in Pratū Hallerīū ve Pratum
nies/haud min⁹ q̄ꝫ Theſſaloꝝ Tēpe amenū/ quīgētl paſſib⁹ lō- Hallerīū
gū/q̄terna arboꝝ ſerie vmbratile iiij. fontib⁹ (q̊ꝝ ſinguli q̄tuor fi-
ſtul' liq̄rē gelidū iugiter emittūt) irriguū. Latitudo loci ꝯtractior
eſt: Ab vno latere ꝑterlabit̄ pegneſus. ab altero āt vineta ſūt/fru-
ctuūqꝫ horti/dulci auiū modulatu ſonori. in eū locū ꝯfluit inuct⁹
die feſto/oīſqꝫ etas ꝑiter \ vbi varijs ludoꝝ paleſtreqꝫ exercicijs/
anīuꝫ recreāt: vires excitāt corpl: repāt qꝫ labori. ¶ Forū hn̄t de- Reliqua
niqꝫ vinariū/piſcariū q̊ꝫ ac macellariū/frumētariūqꝫ. Tāta rerū Fora.
varietate/q̄nta certe nuſq̄ꝫ ꝑ germaniā. Nā vndecūqꝫ venū cꝑ-
piā aduexeris: ꝯtinuo ꝑatā recipies pecuniā. Tāta ē mł'tido ppł'i
Qui ſane in tres ordīes diuiſus ē: In Patricios q̄dē/Mercato- Tres ordi
reſqꝫ ac Plebē. Atuero ſoli patricij rēpublicā adminiſtrāt: tāto cer nes ppł'i.
te aīoꝝ ꝯſenſu/ꝙ in 80. ānis nł'a fuerit orta ſeditō: ꝫ nec factōib⁹
īterſe diſſidēt: q̄ re cūctl vł' ipi⁹ italie vrbib⁹ h nr̄a ꝑſtare videt̄ ait
enī Ariſto. vij. Poli. aut difficile q̄dē/ aut oīo īpoſſibile eſſe/vrbē
tā populoſā/ſine ſeditionū tumultu gubernari. Hac itaqꝫ in re/
vł' maxīe laudāda ē Noriberga. hec de politica ei⁹ v̓tute. ¶ Por Virt⁹ Eco
ro/q̄nta ſit ibi v̓t⁹ Economica/oñdit opulētia vł' vniuerſi ppł'i/⁊ nomica.
mūda ſupellex/mł'ta familia/amēiſſimi extra menia horti/dom⁹
plene tū vino tū frumēto. ¶ Virtutes Morales ibi mīme exulāt Virtus
ꝑpollēt iuſticia ⁊ pietas. ¶ Tāta q̄dē iuſticia/vt ipa Aſcrea dū e Moralis.
terris fugeret/cādidiſſima ibi reliq̄rit veſtigia. Etenī de mi oīb⁹ Juſticia.
ſeruat̄ Equitas/nō plus licet potenti q̄ꝫ inopi/Cenſores habent Cenſores.
moruꝫ lingue ⁊ veſtitus: multos inſuꝑ delatores/qui trāſgreſſo-
res Inſtitucionum denuncient/vt in modeſtia manu teneatur

popalus/ne veſtium ſplendore/morũq; ac lingue licentia efferat altius equo. Extra menia quoq; colunt iuſticiã/adeo ſancte quidem/vt plurimos vel maximis expenſis milites foueant: qui ſyluas ac vias publicas a latrocinijs vindicent.

Pietas

¶ Pietas q; ingens/ tum erga ſuperos/ tũ erga proximos / Nam maxima eſt populi frequentia ad verbum dei / vel ſimul eodẽ tempore in tredecim locis: Multe donationes ad delubra: populus ad offerendum nuſq; pronior: nuſq; maior cere in cultu dei abſumptio Nouem in vrbe monaſteria/ſeptem quidem virorũ/ac duo virginum.

Hoſpitalia

¶ Duo Hoſpitalia/quorum alterũ tam diues tot Sacerdotuz. Choraliũ/Scholaſticorũq; ac pauperũ: vt in Germania nullũ ſit preſtantius/ſed ne par quidez. Duo quoq; Domicilia duodecim fratrũ/virorũ inquam ſenio egeſtateq; ꝓfectorum: quorũ alterum nuper ab vno Ciue xv. milibus aureorum extructum eſt/redditibuſq; donatũ. Sunt et peregriantiũ diuerſoria.

Elemoſyne

¶ Elemoſyne large: Etenĩ in Hebdomada ſancta ſingulis quibuſq; annis cõfluũt ex longinquo leproſi/ſupra DCC. qui ibi cibant̃ tũ corporaliter tũ ſpiritualiter: ſemel publice in cimiterio S. Sebaldi/vbi patricij ac Matrone ad menſam e s miniſtrant: Remittunt̃ vero deinde donati/ ſinguli quidem tunica lineoq; induſio/ ſudario quoq; ac viatico. Atuero in die cõmemorationis animarũ/tantus eſt mendicorũ concurſu / vt extra menia interdũ ſupra iiij. milia cõſidere ferant̃/atq; in vrbe om̃ia cimiteria plena ſint: elargiuntur enĩ tunc pleriq; ciuium ſupra xl. aut l. aureos.

Redditus pietatis

¶ Sunt preterra multi redditus pij: Quidam ſane pro ciuiũ ſubſidio: quos aut iniqua ſors aut longus carcer morbuſue extremiauit: Alij vero ꝓ virginibus honeſta dote deſponſandis: Alij item ꝓ ciuium filijs ad litterarũ ſtudia deſtinãdis. Hec breuiter dicta ſint de virtute morali.

Ingenij vigor

¶ Virtute aũt Intellectuali Ingenijq; deniq; Acrimonia/vrbs iſta nulli cedit vel in omni ciuium ſtatu. Etenĩ Senatores facundi ac prudentes pleriq; Ceſareis legibus haud mediocriter eruditi: Quorũ vnus incredibili mihi eſt ſtupori/vel cunctos inter mortales: q̃s mea viderit etas /ſed nominare ipſum nolo/ ne aſſentari videar Homo profecto / cunctis et nature et Ingenij Fortuneq; dotibus cumulatus Quippe vir opulentus/corpe procerus/ facũdus lingua/Ingenio ſubtilis: litterarũ tã Latinarũ quã Grecaꝝ egregie gnarus: ſed nec vllius facultatis (ita me deus bene amet

haud mentior)ignarus:tam diues librorum/vt similis Bibliotheca vtriuſq lingue nuſq per Germaniam reperiri queat. At quam Vafri ſint mercatores/et domi et foris/ cunctis conſtare arbitror. ¶ Artificum vero ingenia nedum Germani ſed Itali quoq ac Galli extremiq mirant Hiſpani/ eoſq perſepe requirunt: Teſtãtur ipſa opera/que longiſſime mittunt. Quippe extãt figure paſſiõis dñi(quas nuper Albertus Durer depinxit atq in es excidit/idemq impreſſit) adeo ſubtiles ſane atq ex vera perſpectiua effo rmate/vt Mercatores vel ex tota Europa emãt/ſuis exemplaria pictoribus. ¶ Noui Joannẽ Neuſchel/ virũ q peregre profectus/multis regib' ſeruijt/muſice peritiſſimus/Tubarũ nedum inflator/ſed egregius quoq exculptor:nobiſcum ſepe humano concẽtui tube ſonoritatẽ permiſcet:Eius tube vltra ſeptingenta miſſa ſunt miliaria. ¶ Quis vero ſolertior Petro Fiſcher in celandis fundendiſq metallis? Vidi ego totum ſacellum ab eo in es fuſum imaginibuſq celatum/ In quo multi ſane mortales ſtare/miſſamq audire poterunt De Sarcophagis cãdelabriſq eius/miranť quicũq conſpexerint/ tãta eſt ſubtilitas cõcinnaq proportio fuſarũ in es grande imaginũ. ¶ Quis deniq nõ laudet ingeniũ Erhardi Etzlaub Cuius Horologia Rome quoq deſideranť Artifex certe induſtrius/Geographie Aſtronomieq principijs egregie eruditus/qui pulcerrimã effinxit tabulã Germanie/Germanica quidem lingua:In qua cernere licet/vrbium diſtãtias fluuiorũq curſus/exactius certe/quã vel in Ptolomei Tabulis. ¶ Inueniũt indies ſubtiliora.Etem Petr' Hele/Juuenis adhuc admodũ/opa efficit/q vel doctiſſimi admiranť Mathematici Nam ex ferro paruo fabricat horologia plurimis digeſta rotulis/q quocũq vertanť/abſq vllo põdere & mõſtrant & pulſant xl.horas/etiã ſi in ſinu Marſupio ve cõtineanť. ¶ Et ſi Muſicũ qz audires certamẽ i die S. Katherine/nõ poſſis profecto nõ mirari/tot cantores tãq cõſonas voces ſimul reperiri. Tres nãq tũc miſſe a triũ ſcholarũ rectorib' /doctis circũſtãtib' arbitris/decãtanť. Qua ĩ re nec Antuerpia quoq aut vlla germanie ciuitas hac nra ſuperior eſt.Videť itaq vrbs iſta/egregie ſe e media vindicaſſe barbarie/ſimulq ĩ vtutis ſituſq medio cõſediſſe: Que proinde hui' nre deſcriptiõis merito eſſe centrũ viſa eſt.

Artificum ſolertia.

Albertus Durer.

Joannes Neuſchel.

Petrus Fiſcher

Erhard' Etzlaub.

Petrus Hele.

Certamen muſicum.

## De pte meridionali germãie. Ca.v

# De Heluetijs et Rhetis.

¶ In parte Meridionali ſunt he gentes: Remotiores quidem
a centro (id eſt Norinberga) Heluetij/ Rheti/ Tyrolenſes/ Ca-
rinthij: ꝓpinquiores vͦ Sueui/ Bauari/ Tauriſci.
Heluetij ¶ Heluetij ſunt/ qui nũc vulgo Suitenſes dicuntur: Sabaudie
Burgũdieq; cõtermini/ alpiũ incole/ ꝓdiga quidẽ gens anime/
omniũq; pugnaciſſima. Breui vtunt̃ armatura/ pectore tantũ
verticeq; ac interiori parte Lacertorũ contecti/ pedites egregij/
equites pauci/ bello indomiti/ finitimis timendi/ peregrinis hu-
Oppida mani/ religione pij/ libertate inclyti. ¶ Oppida eorũ Lucerna
eorum. Berna Friburga Thuregũ vrbs S. galli Scafuſia ac alia plera
q; ꝛ pagi liberi/ q̃ huic gẽti peculiares ſunt: In ceteris enim ꝓ-
uincijs nõ eſt conſuetum/ paganis rꝛipublice curam cõmittere/
Vti Heluecijs mos eſt. Etẽ ciuitas eorum (vt Ceſar ſcribit)
in quatuor pagos diuiſa eſt. ¶ Eorũ geſta ac reſpublica cla-
riſſima ſane laudeq; digniſſima/ ꝓpediẽ cõſpicient̃ deſcripta ab
Heinrico Glareano Heluecio/ viro Palladio Phebiq; cliente
deuoto.
Due ciui- ¶ Vrbes due epiſcopales ipſis finitime ſunt/ Cõſtantia ꝛ Ba
tates vicie ſilea ambe olim imperio Romano ſubiecte. Nunc vͦ Baſilea
Baſilea. ad Heluetios trãſijt/ ad Rhenũ ſita arteq; Calcographica nũc
famata. opibus olim clara Nouiſſimoq; honorata cõcilio gene
rali/ quod ſub Friderico tercio cõgregatũ. xj. annis diſputatione
Conſtãtia celebratũ eſt. ¶ Conſtantia vͦ ad lacum/ qui Conſtantienſis
(Theutonice Podenſee) dicit̃ poſita dioceſim habet latiſſimam/
Canonicaſq; p̃bẽdas largis ꝓuentibꝰ inſignes: Eo adhuc clara
cõcilio quo Martinus quintus/ tribus abrogatis pontificibꝰ/
Rheti po. creatus eſt. ¶ Poſt Heluetios ad ortũ verſus ſunt Rheti alpiũ
incole. A Thuſcis olim conditi/ qui duce Rheto/ a Gallis pulſi/
alpes occupauerũt. Teſte Pli: li: iij: atq; a nomine ducis Rhetiã
cõdidere. Hunc Rheticũ vinũ qđ (Teſte Strabone li: iiij) Inter
generoſa Italie vina numerat̃/ qđ ego feltrinũ paſſauniũq; credi
Situs derim/ ab oppidis nominatũ. ¶ Habent a meridie Italiã. Ab
occaſu Heluetiam. Fontes danubij et Rheni/ montẽq; adulam
A ſeptẽtrione Vindelicos/ quos lycus amnis ſeparat Ab ortu
Oppida Tyrolenſes Denũq; fluuiũ. ¶ Oppida habent ignobilia/ arces
plurimas/ nobilitatẽ equitum/ eorũ precipue qui in Nega pro-
uinciola circa Campiſanũ habitant. Pars Rhetorũ (qui vulgo

# De Tyrolenſibus et Bauaris.

Engedeiner dicunt) Heluetijs cõfederata eſt. ¶ Habēt ⁊ epiſco Curia
palem Ciuitatē Curiam Cuius Epiſcopus nūc Cardinea digni
tate ſublimatus eſt. Pleriqꝫ lingua vtunt Italica: homines ſane
inculti/ſtrumaqꝫ deformes ac omnino agreſtes.

¶ Poſt Rhetos orientē verſus ſunt Tyrolenſes/Alpiū quoqꝫ Tyrolēſes
incole: diuites ſane populi auro ⁊ argēto/ propter eris fodinas. po.
Comitatus ꝓinde potentiſſimus/ex quo diuus Maximilianus
maxima recipit tributa vel ſingulis hebdomadis. Naſcunt ibi
flumina duo: Atheſis et Oenus/ Atheſis per Venetiam in ſinū
tendit Adriaticū: Oenus vͦo per Boios in danubiū defluit.

¶ Oppida eorum ꝑcipua ſunt/Tridentum ad Italiam Ger- Oppida
manie limes/eo ꝙ illic et Italorum et Germanorū lingua vtant
incole/vbi et vnꝰ ex Innocētibus illis infantulis quos herodes
immatura morte necauit/ oſtendit. Tramine inſuper et Brixia
Paſitiūqꝫ (Teſte Pli:) Ac Oeni pontus vbi nūc impatoris regia
Swatz inſup pagus vbi plurimi foſſores eris. Hallis item val-
liſqꝫ placidiſſima ad Oeni ripas. Ceterum terra frumenti ferax
admodū nō eſt. Important proinde frumenta ex Bauaria atqꝫ
Auſtria. Metallis vͦo ac vino diues ac nobilis prouincia.

¶ Confines Tyrolenſibus ſunt Boj: ꝗ olim (vt refert Strabo Boj. po.
libro quinto) cum gallis Senonibus Roma per vim potiti ſunt
Poſtqꝫ autem Senones a Romanis deleti ſunt: Boj e finibus
Italie pulſi/deſertam Noricorum regionē incoluere. Hinc ple-
riqꝫ volunt/⁊ recte quidem/Noricum dici Boiariā quā vulgo
nunc dicimus Bauariam. ¶ Neqꝫ vero eſt nunc deſerta regio Bauaria.
ſed populis frequēs. Terminatur ab oriente Auſtria/A meridie
Alpibꝰ/ Ab occaſu vindelicia/ A Septētrione Bohemia/Eam
danubius mediam ferme interfluit. Terra frumenti ferax: vini
indiga: niſi ꝙ Danubij ripa circa Ratiſpanā vitifera eſt. Vina
tamen illa ceteris ignobiliora ſunt. Quapropter cõmunior potꝰ
illic eſt Cereuiſia/ex aqua ordeoqꝫ/ admixto humulo/decocta.

¶ Oppida habet permulta ſane atqꝫ peramena. Vrbes ep̄ales Oppida.
quinqꝫ/Ducatus vͦo tres/quorum potentiſſimus eſt/ vel in tota
Germania/is qui in media eſt Bauaria.

¶ Metropolis in ea eſt Salzaburgū olim Badacū nominata/ Salzabur
Alpibus proxima/ a flumine Salza quod eam interfluit nuncu- gū.
pata: In qua Archiep̄s/terra ac metallorū fodinis ꝑdiues: vrbi

imminet arx in vertice editiſſimo. In quam olim curribus nihil
aduehi potuit/nunc ṽo maximis ſumptibus viam factam eſſe
ferūt/qua plauſtris quoqꝫ acceſſus pateat. Haud ꝓcul ab vrbe
ad duo forte miliaria in Alpibus Salina eſt/vbi ſal decoquitur
qḋ in totā illinc Bauariā exportat̃/equis ex vtroqꝫ latere onera-
tis/frequētius quidē ꝙ̃ quadrigis. ¶ Ceterū ad lacū quendā/
quinqꝫ ab vrbe miliaribꝰ locus eſt inſignis Sancti Wuolfgangi
miraculis/qui in alpibus illic heremū coluit/cum eſſet Eṗs Ra
Burgunū — tiſpanenſis. ¶ Ad Salzam iacet oppidū Burgunū/ arce ꝛ am-
pliſſima ꝛ munitiſſima egregiū/ Vbi ducis curia eſt. Ad Denū
amnem(qui ex alpibus defluit atqꝫ recepto Salza/ In danubiū
feſtinat) ſita ſunt oppida Aqueburgū Ottinga Prauna. Ad flu-
uium paruum qui Vilſa dicitur/iacet paretiū et Vilſecuria/op-
pidula. His adiacet tractus paruus patauiam vſqꝫ/qui rubra
Patauia — vallis dicit̃: porcorū fecunda tellus. ¶ Patauia autem vrbs eſt
Epiſcopalis/ ad danubiū quidem ſita vbi duos amnes recipit
Denū ex alpibus ꝛ Iſulam ex Bohemia/vrbs ꝓinde minus ſa-
lubris propter aquarū grauedinē Dioceſis eius per totam Au-
ſtriam/magnāqꝫ partē Bauarie extendit̃/Vrbs ipſa inter Ba-
uariam Auſtriamqꝫ limes ſtatui poteſt/ꝙ̃uis a pleriſqꝫ Cecius
Oppida — mons cōmunis dicat̃ vtriuſqꝫ terminus. ¶ Supra eam in ripa
ad Danu- — danubij oppida ſunt Oſticuria. Tegipagus Strubingū et Ra-
bium. — tiſpana ciuitas Eṗalis ſimul ꝛ imperialis/vrbs olim ꝑpotēs/
Ratiſpa- — hodieqꝫ egregijs adhuc edificijs decorata/diuitijs ṽo funditus
na. — exhauſta. Citra Danubium Norinbergam verſus oppida ſunt
Oppida — multa/ frequenter ignobilia/preter Ambergam Nouūforumqꝫ
citra Da- — Palatini Curias. Et Eichſtodium vrbem epiſcopalem a Quer-
nubium. — ceto ſic dictam. ¶ A qua non longe ſita eſt Auripolis ad Da-
Auripolis — nubium/vbi liberalia vigēt ſtudia/preſertim Iuridica facultas.
Noricum — ¶ Interiacet inter Ratiſpanam ꝛ Norinbergam quedam re-
giuncula arcibus/paruiſqꝫ caſtellis referta/ que Priſco nomine
Oppida — adhuc Noricum dicitur. ¶ At vltra Danubium ad Iſarum
ad Iſarū — oppida ſunt Landoia clade Bauarici belli afflicta/Landſhuta
principis Curia. Friſingū vrbs epiſcopalis Monacum ducum
Bauarie Alumna/ Leonumqꝫ et ſtabulo et fetu famigera ciui-
tas/atqꝫ honorata principis ſedes.

# De Stiria et Carinthia.

¶ Bauarie ad Auſtriam contermini ſunt partim Carinthij partim Stirij: populi agreſtes/ frequenter ſtrumoſi/ adeo quidē ingenti ſtruma/ vt integer loquendi vſus ipſis ſit minime/ atqꝫ adeo nōnunqꝫ longa (ſi fama vera eſt) vt dum mulier infantem lactat/ ſtrumam poſt terga perinde atqꝫ ſaccum reijciat/ ne mā- millis ſit impedimento. Strume cauſam frigidā aquā/ craſſam- qꝫ auram/ qꝫ ibi ibibunt incole/ eſſe cōiectant. ¶ Oppida pauca ſunt duo precipua/ Carinthiorum quidem Villacum: Stiriorū vero Sauaria apud Ptole: Teuthonice Grctz/ ferri diues/ Cul- trorumqꝫ opificio apud Germanos famata. Cetera parua atqꝫ ignobilia ſunt/ pagi ſpeciem qꝫ oppidi magis referentia/ que ꝓ- inde tranſire libet. ¶ His vltra iunguntur Carni Croatij Ly- burni Dalmate/ gentes Sclauonice/ que Teuthonice Winden vocantur/ partim Imperio Romano/ partim Vngarorū regi/ partimqꝫ Turcis Venetiſqꝫ ſubiecte/ populi infelices ob Tur- corum pene quottidianas incurſiones/ Quo fit/ vt paucas illic egregias liceat cernere domos/ quandoquidem a Turcis con- feſtim deuaſtarent/ paruos itaqꝫ vicos humileſqꝫ caſas frequē- ter habitant. ¶ At Carnis ad Hadriaticū mare ꝓpinqua eſt Hiſtria: Tyrolenſibus forum Julij Aquileia Venetia: Rhetis/ Verona Comum Longobardia: Heluetijs vo inſubres: gentes non amplius Germanice ſed Italice.

Stirij et Carinthij ſtrumoſi.

Oppida

Gētes ſcla uonice.

Italie cō- finia.

¶ Reſtat Sueuia/ pars quoqꝫ meridionalis Germanie. Terra/ non tam fertilitate glebe/ qꝫ induſtria gentis famigera/ Quippe que et armis et toga egregie vti nouerit. Ad bella ſane qꝫ plurimos emittit milites/ animo quidem ac corpore preſtan- tes. Ad litteras quoqꝫ ac negociationes opificiaqꝫ gens perido- nea et admodum ingenioſa. ¶ Terra profecto antiqua/ ve- tuſtis celebrata Authoribus/ et quidem latiſſima: quandoquidē maiorē (vt ait Cor. Tacitus) Germanie partem obtinet: centum olim pagis/ centum nunc vrbibus inclyta. ¶ Habet ab ori- ente Bauaros: A meridie Alpes: Ab occidēte Rhenū: A ſeptē- trione Franconiam. ¶ Gens certe/ ob terre latitudinem non vna/ ſed multe ſane. In pagos olim diuiſe/ quorum pleraqꝫ ad huc hodie Teuthonico pdurāt ſermone. Nam Preyſgeu dicit/ quaſi laudis pagus/ ob fertilitatem preciū ferens. Sungeu quaſi ſolis pagus/ ob amenitatē. Ergeu/ quaſi honoris pagus/ quo-

Sueuia

Situs eiꝰ.

Gentes Sueuie

niam magna ibi habitabat nobilitas/ iam ꝓ heluetios expulſa.
Algeu quaſi Alpiũ pagus: ꝙ alpibus adiacet. Hegeu quaſi ſeni
pagus. Omnes he regiuncule/ad alpes vergunt. Preter eas ſunt
adhuc quinqꝫ: Vindelicia ad lycum: Riſa inter Danubium et
Altmannũ: Marchia Badenſis Ad nigrã ſyluã: Ducatꝰ Vuir-
tenburgenſis vltra Necarũ: Comitatus Palatini/ad Necarum
He tres rheno quoqꝫ adiacent prouincie ¶ Pars autẽ Sueuie
Riſa — centro(id eſt Norinberge) proxima/ eſt Riſa: terra olim ſyluis
ac paludibus obducta / nunc mediocriter exculta ⁊ oppidis et
caſtellis/frumẽtoqꝫ eximie fertilis. Oppida precipua ſunt Nor-
linga/ Vendinga/ Ottinga/et Poppinga/ a monte nuncupata.
Propius tamẽ ad centrũ interiecta eſt regiuncula/que patrio ſer
Hanne-camp. — mone dicit̃ Hannecãp/Sueuie quoqꝫ aſcribẽda/ In qua parua
ſunt oppida Herrida Guncenhuſia Suainfeldia ⁊ mons Auel
Vindeli-cia. — lanus ⁊ fluuius Altmannus. ¶ Poſt Riſam eſt Vindelicia cla
rioribus vrbibus exornata/at minus leta ſegete: diſterminatur a
Norico per lycum amnem. Vrbes in ea ſunt precipue quidem
Auguſta — Auguſta et Vlma. Auguſta ad lycum ſita/ vrbs ſane magna et
vetuſta/ditiſſimiſqꝫ habitata mercatoribus/Imperialis ſimul ⁊
Epiſcopalis: In qua Diuus Vdalricus olim pontificatũ rexit/
Vlma. — cuiꝰ reliquiis hodie adhuc ipſa ciuitas gaudet. Vlma Danubio
adiacẽs/ territorio comitatuqꝫ potens/ ac negociationibꝰ haud
Alia oppida vindelicie. — ignobilis. ¶ Reliqua oppida ad Danubium ſunt Dillinga/
Laubinga/Vuerdea/ Schonga eius fontibus proxima. Vltra
Danubium Raueſburgũ Bibracum Meminga Hallis Hel-
prunna. Sunt autem plurime ſueuie vrbes Imperiales Qr dux
earum ſine herede quondã exceſſerit e viuis. Ideo Romano ad-
Alga. — iecte ſunt Imperio. ¶ Ad Alpes in Alga oppida ſunt Fuſſen/
Hega. — Kempten/ Vuangen ⁊ Cãpifanũ. ¶ In Hega Stullinga arces
ꝗꝫ plurime Nobilitaſqꝫ permagna/ equitatu pollens.
Preiſga. — ¶ In Preiſga Neuburgũ. ⁊ Friburgũ. Liberalibus ſtudiis ce-
Lacus Cõſtantiẽſis. — lebre/riuiſqꝫ per ſingulas plateas ductis amenũ. ¶ Ad lacũ Cõ-
ſtantie(quem et paludes Rheni dicunt/ Teuthonice nunc Po-
denſee/olim/vt ait Amianus Marcellinus/murigantiam quaſi
plenã limo/ Oppida ſunt Lindau Puchoren Merſpergũ Vber-
linga Zella. ¶ Ad ſyluã nigrã(que Hercynie pars eſt/ Bacenis
appellata)eſt Marchia Badenſis. In qua ſunt oppida Baden

Seckinga Reinfeldia Lauffenberga. Porta/in ipſa Sylua ad fontes Necari Rotvila. ¶ In ducatu Duirtenburgẽſi oppida ſũt Stocardia/ſedes principis/Tibinga Artiũ ingenuarũ excultrix Reutlinga/ Eſlinga ⁊ reliqua circiter.xl. Terra ⁊ vino ⁊ frumẽto fertilis/aquis irrigua circoq̃ȝ pene concluſa. In comitatu Palatini Ad Necarũ ſunt oppida Heidelberga ſedes principis/Imperij electoris/ Artiũq̃ȝ liberaliũ alumna/ Canſtat/ Duimpina Landa/Terra vini ferax/Norinbergã ſingulis etiam Hebdomadis plurima vina tranſmittit Terminaẽ ab occidẽte Reno/ a ſeptẽtrione Franconia.

Ducatus Duirtenburgẽſis.

Comitat⁹ Palatini Rheni.

# De latere Orientali Germanie. Capitulum.vj.

¶ In parte Oriẽtali proxime Norinbergã ſunt Mõtani. Hinc Bohemi Moraui/Sleſite Pannoneſq̃ȝ ſuperiores. ¶ Mõtani terrã incolunt ſterilem ſylueſtrẽ ac lapidoſam Miſera ſane gens/ ſi Norinbergam vicinitate tam ꝓpinquã nõ haberet/ ex qua et vina et reliqua vite neceſſaria ſibi cõquirũt/ruſticaſq̃ȝ ſuas opes ferrumq̃ȝ parata illic pecunia cõmutãt. Oppida habent preter Ambergam et Egram parua Heripontũ/ Sulcipagũ ferri fodinis fortunatũ/Salicetũ/ Pretam Camũ Nouũ caſtrum ⁊c̃.

Montani ꝓpe Norinbergã

¶ Bohemi Germanis vndiq̃ȝ circũſepti/germanice non loquunẽ/Nã Dalmatarũ aduẽtu Teuthonica lingua illinc pulſa eſt/Etenim in eorũ annalib⁹ reperiẽ/duos fratres ex Croatie populis egreſſos/Alterum in Bohemia alterũ in Polonia conſediſſe/mutatis prorbus ⁊ linguis ⁊ nominibus regionũ. Verũtamen hec nũc ad huc gens ei⁹ regionis( Inquit Volaterranus li.vij)antique nationis robur ac vires mutuata/ res maximas bello geſſit/Sterilitate vini oleiq̃ȝ( ſicuti et pleraq̃ȝ germanie loca)laborat pabulo/frumento pecoreq̃ȝ abundat' Vino tamẽ nõ omnino caret. Cereuiſia ṽo optima abundat/que viennam vſq̃ȝ Auſtrie vrbem/vehiẽ. ¶ Latitudo eius longitudini fere par/ Triũ forte diez iter/Sylua Hercynia tãq̃ȝ natiuo muro vndiq̃ȝ cingiẽ: Albi fluuio media irrigatur. Habet ab oriente Auſtriã et Morauiam/A ſeptẽtrione Sleſiam et Miſniã Ab occaſu Frãconiam et paruum Noricum: A meridie vero Bauariam.

Bohemi

Situs

# De Bohemia et Morauia:

**Oppida.** ¶ Oppida vͦo in ea ſūt Praga Metropolis regia ſimul ⁊ epiſcopalis vrbs/liberalibus ſtudijs quondam florentiſſima/ At hereticorum labe polluta/ vix litterarū fecem retinet/ Cetera oppida parua ⁊ ignobilia ꝓ tāta regiōe Tacha Broda Cubitꝰ/ Noua domꝰ/ Pudoiſa ⁊ Pilſina: Alia apud Ptolomeū ac Volaterranū aſſignant̄. ¶ Regio ipſa multis regibus inſignis/ Nunc vͦo ab Hungarorū rege adminiſtrat̄. Nobiliū potentatu multiſqꝫ arcibus ip̄aqꝫ ſylua p̄munita/ne excindi queat perfida hereticoꝝ ſoboles/que preter reliquos ritus/nefandos ſane ac execrabiles/ foſſas quoqꝫ ſubit publicas/vbi vago ſe cōcubitu polluūt. Glorioſam nuper pepererūt victoriā noſtro Imperatori/ cū auxilio venirent Palatino/Ceſa ſunt enim ſex milia iuxta Ratiſpanam.

**Hereticorum turpitudo.**

**Morauia.** ¶ Morauia Bohemie cōtermina eſt/Antiqua Marcomānorū patria/qui plurima cōtra Romanos olim bella fortiter geſſere. Poſtea multis annis ibi regnatum eſt/ Nam Bohemi Roxolani ac Poloni/Morauie regi interdum paruere. Rex autē ipſe Romano imperatori. Rebellantibus vͦo regibus/tributaqꝫ imperatori negātibus regnū Morauie ad Ceſares peruenit. Terra vini frumentiqꝫ feracitate mollior aliquantulū q̄ꝫ Bohemia.

**Situs** ¶ Habet ab ortu Carpathum montem ac Hungariā A meridie Auſtriam. A ſeptētrione Sleſiam ⁊ Poloniam/ ab occaſu Bohemiam.

**Oppida** ¶ Caput gentis Volagradenſis ciuitas/ q̄ Olimicenſis dicta eſt poſtea/Reliqua oppida ſunt Brunna Stelliburgū Trebetia Taſchia et Znoymia vbi Sigiſmundus imperator deceſſit/qui eam genero ſuo. Alberto regendā dederat. Rebellantē ipſe Albertus magno illato incōmodo ſubiugauit/ Nā ſupra quingentas villas vna excurſione cōbuſſit/mortales multos neci dedit/pecus pene omne abegit/ſicqꝫ iugum ferre gentē coegit.

**Huſſitaꝝ ſecta.** ¶ Proceres in hac regione ex magna parte Huſſitarū ſecta contaminati ſunt/Quam Johānes Huſſo et Hieronymꝰ Heretici doctrina facundiaqꝫ alioquī preſtantes/ induxerunt: atqꝫ in Conſtantienſi Concilio ignis ſupplicium pertinaciter ꝓ defendenda ſua ſecta pertulerunt/Res late ſerpere cepit/alieqꝫ ex alijs (vt fit) ſecte ſunt exorte / Quatuor reges Vuenceſlaus Sigiſmundus Albertus et Ladiſlaus peſtem hanc maximis continuiſqꝫ bellis extinguere non valuere: In locis enim natura munitis/mōtibuſqꝫ ingēti multitudine ſeſe abdiderāt/donec hoſtes

diſcederēt ¶ Ad orientē Hybernū eſt Auſtria dicta pri⁹ Pan Auſtria.
nonia ſuperior/Nā Hungaria dicit̄ Pannonia inferior Terra
aquis irrigua/vitibus conſita: Unde vinū in Bohemiā Mo=
rauiam ac Sleſiam exportat̄/Danubius plabitur aliquot flumi
nibus iam adauctus/colles ad ripam vitiferi ſunt/ſolū frumēto
fecundū. Mulieres v̉o plerūqꝫ ſteriles. ¶ Quapropter plurimi
alienigene illic inhabitant/ frequenterqꝫ ex Sueuia Bauariaqꝫ
illuc confluunt/tum ꝙ tellus qꝫ eorum patria magis eſt frugife=
ra/tum ꝙ aborigenes minus ſunt vafri/Quo fit/vt exteri ibi per
ſeper ditent̄ ⁊ dominent̄/ſorteqꝫ meliori benigniore quoqꝫ fortu
na perfruant̄. ¶ Subiecta autem eſt hec ꝓuincia. Archidu=
cibus Auſtrie/quorum longa eſt iam ſeries inter Romanos im
peratores. Gaudetqꝫ nūc diuo Maximiliano et ſuo ⁊ Romani
imperij rectore ſemper Auguſto. ¶ Oppida eius ſunt Vienna Oppida
olim flexum(quantum ex Ptolomei collocatione conijcere licet) Vienna.
Metropolis quidem totius Auſtrie. Celeberrima imperatorū
et regia ⁊ ſepultura/ac vetus liberalium ſtudiorū alumna. Aedi=
ficijs ſubterraneis egregia. Uini piſciumqꝫ ac ceterorum victua
lium copioſa vel maxime/inter omnes Germanie vrbes. Item Noua ci=
Noua ciuitas. vbi Auſtrales Fridericum ab Italia redeuntem uitas.
obſederunt: Ladiſlaum regem puerū poſtulantes. Ad danubiū Oppida
parua ſunt oppida/locus. S. Leopoldi. Lintz Friderici regia/ auſtrie ad
Tria adinuicem qꝫ proxima/Chremſz/Stain et Mautera. Am= Danubiū.
plius Melck Ipſz et Enſz. Longitudo regionis ad ſex dierū iter
extenditur/latitudo autem duplo minus.

¶ Ad orientem eſtiuum eſt Sleſia/haud ignobilis prouincia Sleſia re.
vbertate agrorum: ac humanitate ciuium. Terminat̄ ab oriente
Hungaria. A Septētrione Polonia. Ab occidente Miſnia. A
meridie Bohemia Morauiaqꝫ. Longitudo ei⁹ cc ferme paſſuū
milia. Latitudo. lxxx. ¶ Odera fluuius ipſam perlabitur: cuius Odera flu
fontes in Carpatho monte Oſtia in mari pomerico. De quo ſic uius.
canit Coruinus Sleſita. Odera quos inter gelido de monte fra= Coruinus
goſus Precipitās/ ſeſe nemorum per opaca recuruo. Amne ruit
volucrūqꝫ in abeſis carmina ripis. Audit: Olerini velut alta flu=
enta Cayſtri. ¶ Ad ripas ei⁹ ſita eſt Vratiſlauia vulgo Preſla Vratiſla=
vrbs epālis/ ſimul et Metropolis/ priuatis publiciſqꝫ edificijs uia.
magnifice exornata. Eius epiſcopatū(inquit Aeneas Syluius)

K

maiores nr̄i aureū vocauere/Huſſitarū bella luteum reddidere/
Coruinus
Qua de re ſic ſcribit Coruin⁹. Relligiōis bonos es Vratiſlauia
Reliqua oppida Sleſie.
nr̄e/Diues opū/indigetū teſtant̄ templa deoꝝ. ¶ Reliqua oppi-
da haud obſcura ſunt\Glacouia/Friſtadiū/Mouūforū Gorli-
cium/Paucenū. ¶ Duces Sleſie(inquit Sylui⁹)multi numero.
duces multi Sleſie.
Inter quos paterna hereditas ꝑ capita diuidit̄. Hinc ſciſſa mul
tas ī partes ꝓuincia/frequētes calamitates incurrit/crebris ex-
poſita latrociniis/Sermo gentis ꝓ maiori parte Teuthonicus
eſt/niſi ꝙ trās Oderā Polonicus quoq3 vſurpat̄. Eſt ꝓinde ibi
Septē caſtra ī Hūgaria.
ad ortū germanie termin⁹. ¶ Niſi ꝙ in Hungaria regiūcula eſt
a ſeptem caſtris nūcupata/ q̄ Teuthonica quoq3 lingua vtit̄/ ꝙ
Teuthones illā occupauerint/hactenuſq3 tenuerint/ Teneantq3
adhuc ſtrēnue/tū cōtra Vualachos/tū cōtra Meſos/ Hūgarie
Hūgaria lata ⁊ fertilis.
regi tributa pendentes. ¶ Ceterū Hungaria latiſſima regio eſt/
Vino frumento pecore pabulo ac auro locuples/Vandalorum
Gothorūq3 ac Lōgobardorū Hūnorūq3 prior q3 Italia incur-
ſiones paſſa/Vñ ⁊ nomē ab Hunnis ſortita eſſe videt̄/cū apud
veteres dicat̄ īferior pānonia. Populoſa aūt nō eſt(quēadmodū
nec Polonia)ꝓ tāto locoꝝ ſpacio/ Vrbes habet p̄cipuas/Bu-
Polonia lata ſed minus fertiliſ
dam Viſeburgū ⁊ Breſburgū. ¶ Polonia vō lōge min⁹ fecūda
eſt/vini indiga ac auri. Oppida lōge a ſe inuicē diſperſa et rara.
Cracouia Metropolis.
¶ Caput gētis Cracouia/Germanis plurimis habitata/q̄ Po
lonis ipſis illic clariores/tum in liberali ſtudio(quod vel i omni
habēt facultate:In Aſtronomia vō omniū florētiſſimū) tum in
Senatu quoq3 ac Mercatu/Vnde ⁊ Cōcionatorē Germanū li-
beraliter ibi fouēt.

¶ Poſt Poloniā Lituania eſt/ſpacioſa quoq3 tellus/verū palu-
Lituania regio inculta.
dib⁹ ſyluiſq3 plurimū obducta. Quapropter eſtiuo tp̄e difficilem
habet acceſſum/paludib⁹ cūcta ferme obſidētib⁹/ Hyems p̄bet
aditū/aſtrictis gelu lacunis/Mercatores ſup glaciē ⁊ niuē iter fa
ciunt/pluriū dierum cibaria in vehiculo ferētes/nulla certa via.
meatus(ſicut in mari)ſydera oſtendunt. Rara inter Lituanos
oppida/neq3 frequentes ville/Opes apud eos pecora ⁊ ferarum
pelles/quibus noſtra etas Zobellinis Harmeliniſq3 nomina
indidit/Multum inſuper cere melliſq3 apud illos eſt / qd̄ apes
ſylueſtres conficiunt: vini rariſſimus vſus/ Panis vō nigerri-
mus/carnes ferine pecorumq3 lac victum prebent/ feris enim

tum quadrupedibus tum pennatis abundant/ lingua vtuntur Sclauonica. partim Chriſtianam partimqꝫ paganorum fidem amplexi/ Proprium ducem habent/ perſepe tamẽ regi polonorũ ſubditi.

¶ Poſt Lituanos Rutheni ſunt/ gens barbara/ vrbem habent ꝑmaximã (vt fertur) Nogardiam/ Ad quam Teuthonici mercatores laborioſe perueniunt/ vbi magnas opes tum in argẽto/ tum/ in p̄cioſis pellibus eſſe/ fama eſt/ Vendenteſqꝫ atqꝫ emẽtes ponderato non ſignato vti argento.

Ruſſia re. Rutheni po.

¶ Poſt Ruthenos Liuonia eſt/ vltima Germanorum ſimul et Chriſtianorum ꝓuincia/ a Teuthonicis fratribus occupata/ fideqꝫ inſtructa cum eſſet antea gentilis et Idolatra.

Liuonia re. Liuones po.

¶ Inter Liuoniam autem ⁊ Pruſſiam/ parua interiacet terra quã Maſſagete colunt/ gens neqꝫ gentilis neqꝫ vere Chriſtiana Polonorum paret imperio/ Ideo illic ad mare vſqꝫ Baltheum Polonie regnum ꝓtenditur.

Maſſagete po.

¶ Poſt Liuones atqꝫ Lituanos Ruthenoſqꝫ/ ſunt gẽtes plurime Scytharũ / tum Europee tũ Aſiatice: Vltra Boryſthenem Tanaim Hypanimqꝫ ac Meotidem paludem. vbi ille magnus Thamerlanes fuit/ prepotens Scytharũ rex/ qui duodecies centena hominũ milia in exercitu habuiſſe fertur/ Tartarorũ ingẽs gloria qui Turcarum rege Pazoita a ſe capto/ ꝓ pedũ ſcabello vſus eſt.

Gẽtes ſcythice. Tamerlanes rex.

# De regiõe Septẽtrionali Germanie. Capitulum. vij.

¶ In regione Boreali ſunt he ꝓuincie: Mediterranee quidẽ Miſnia/ Turingia/ Saxonia/ Marchia vetus et noua/ atqꝫ Luſatia/ Haſſia item/ et Ueſtualia: Maritime vero Pruſſia/ Pomerania/ Holſatia/ Cimbrica Cherroneſus/ et Phriſia. Primũ itaqꝫ a Norinberga in ſeptẽtrionem proficiſcentem/ Excipit regiuncula Marchionis/ Arcicomitis Norinbergẽſis (Brandeburgenſem enĩ Marchiã armis queſiuit obtinuitqꝫ) Terra ſterilis ſyluoſa ac montoſa. oppida parua Curia Culmach. Parētina: huic prope adiacet mons Pinifer/ qui quatuor emittit flumina/ totiqꝫ Franconie ꝓceras arbores elargit̃. Ipſa terra dicit̃ Teuthonice Voytlandt.

Prouincie Boreales duplices

terra marchiõis ad Noribergam.

# De Miſnia et Marchia.

Habet ⁊ ad Franconiam oppida nõnulla: Onſpach: vbi prin-
cipis ſedes eſt: Suabach \ vbi ſalubris decoquitur Cereuiſia. Et
noua ciuitas. Cenobiũ itẽ prediues/quod Salutis fontẽ appel-
lant. Pollet ea terra multa nobilitate/ſed antiquo p̄dandi ſtudio
(ni principis virtute cohibeatur) mercatoribus infeſta.

Miſnia re gio. ¶ Deinde Miſnia eſt/Que ab ortu partim Bohemiã partim
Sleſiam habet. Ab occaſu Turingiã. A Septẽtrione Saxoniã:
Terra vberis glebe / vini ſterilis/optime tamen Cereuiſie larga.
Metallorũ quoqꝫ fodinis nunc diues. populus phumanus/ci-
Oppida Miſnie. bus lautus/bene coctus atqꝫ conditus. ¶ Oppida eius magna
non ſunt / precipua quidẽ Miſna Merſeburgũ ( que ⁊ Marſi-
polis dicit̃ ) ⁊ Leica ciuitates ep̃ales: Lyptzs liberaliũ artiũ dul-
cis alumna: cõmodũqꝫ nunc ac florẽs Emporiũ: Ad Bohemiã
pyrna Treſen Kemniciũ Friburgũ. Mons terroris. Mons ni-
uis. Zybicca. Torga. reliqua ſunt/ Neuburgũ ad Turingiã. Ad
Saxoniã: Derbis Arx vetus. Zerbis. Iſleben ereis fodinis di-
Duces Miſnie. ues: Potẽs itẽ comitat⁹ Manſfeltẽſis. ¶ Paret ducib⁹ Miſnie
Georgio atqꝫ Heinrico/partimqꝫ Saxonie duci Friderico im-
perij electori/ qui et Luſatie parti p̄eſt/ cuius oppida ignobilia
ſunt/dux vero noſtra tempeſtate ⁊ ſapientie et gubernandi fama
clariſſimus/qui vel ſummi Imperatoris interdũ vices obit. Ac
publicum nuper inſtituit Vuitenburge Gymnaſiũ litterarum/
quod doctis viris vndiqꝫ accerſitis exornauit/ largiſqꝫ expenſis
redditibuſqꝫ egregie ac liberaliter dotauit. ¶ Luſatij Sclauo-
nica vtunt̃ lingua ꝙ olim dalmate ibi conſederint/ maior eorum
Luſatia. pars (vt fert̃) Marchioni paret.

¶ Poſt Luſatiam/Boream verſus eſt Marchia: duplex quidẽ
Alia nãqꝫ vetus alia noua dicit̃. Vetus ſane/que inter Oderam
Duplex Marchia. Albymqꝫ fluuios conſiſtit. ¶ Oppida ad albys ripã ſunt Sten-
dalum Gardcolũ Soltucoleũ et Oſtroburgũ. Authore Aenea
Oppida ad Albym Syluio. Nouam Marchiam influũt Odera Spreda ⁊ Ortellũ
flumina: Huius Metropolis Brandeburgenſis ciuitas: Mar-
chioni eiuſce regionis principi cognomen dat: qui vnus quoqꝫ
Brande-burgũ. ex electoribus habet̃/ Vrbs flumine Honela in duas partes
diuiſa (vt refert idẽ Syluius) eſt quarũ altera vetus/altera noua
ciuitas appellat̃. Ibi epiſcopalis ſedes eſt/ et Marchionũ tribu-
Francfor-dia. nal. Ad Odere ripam Franckfordia eſt/ diues Emporium nup

vniuerſali ſtudio decoratum: Sprode Berlinū: Ortello Mabelburgū/ vrbs et alis nobiliſqꝫ plaga Prigeruteza adiacent/ Auctore Volaterrano li. vij: Eam oppidis refertam: Martial. qꝫ populo plenā aſſerit Aeneas Syluiꝰ: Additqꝫ ī eadē dioceſi paruū eſſe oppidū Vuilſuacū in loco deſerto/ vbi tres ſunt hoſtie. q̄ ſua ſpōte ſanguinē ſudaſſe ferunť. Magnꝰ ꝓinde pplo⁊ cōcurſus illuc/ ⁊ nautarū vota illic ſoluunť/ diciť vulgo Ad ſacrū cruorem.

¶ Poſt Marchiā in ora eſt Pomerania/ Orictalis pars Saxonie/ terra ferax frumēti/ vini indiga/ pingui Cereuiſia affluens\ duci ſubiecta/ egregijs oppidis exculta. ¶ In mediterranea ſane Caminū eſt/ vrbs ampliſſima/ cui pſul dñať/ Romano pōtifici dūtaxat ſubiectus/ cuiꝰ dioceſis haud minor qꝫ Mocūtiaca eſſe crediť. ¶ In littore vo eſt Roſtochiū/ vrbs ⁊ mercatu ⁊ vniuerſali ſtudio celebris. Cetera oppida ſunt Gripſuoldia Stetinum/ Viſmaria ⁊ Sundis ꝓpter piſciū abūdantiā mariſqꝫ ꝓximitatē opulēta. Mechelburgū inſuꝑ vrbs potēs/ vbi duces qꝫ imperāt.

*Pomerania.* *Caminū op.* *roſtochiū.* *Reliqua oppida.* *Mechelburgū.*

¶ Pomeranie orientem verſus cōtigua eſt Pruſſia ⁊ Prutheni ppl'i ripā vtrāqꝫ viſtule accolūt. Barbara oino gēs. Idolorūqꝫ cultores/ Vſqꝫ ad Friderici ſcdi tpa/ Tūc eni amiſſa Ptolemaide Syrie Ciuitate (vt Volaterranꝰ cōmemorat ⁊ Syluiꝰ) Teuthonici fratres. S. Marie (quibꝰ ea ciuitas colebať) Expulſi in Germaniā rediere/ Cūqꝫ armis potētes ⁊ pſenti animo eſſent/ Ipſiꝰ Friderici cōceſſiōe hec loca oīa/ pulſis infidelibꝰ/ receperūt/ Deinde tēpla ac loca religioſa ꝯſtituere. Marieburgū oppidū ī loco eminēti extruxerūt/ regiā magni Magiſtri/ q̄ ceteris pſidet. Duo item alij inferiores magiſtri apud eos/ Alter Liuoniā. Alter Alemanie cōuētus regit. ¶ Horū officiū/ fidē armis tueri/ nec vllus aſciſciť niſi Teuthonicus ac nobilis/ Barbā nutriūt/ lr̄as pauci diſcūt/ orationē dñicam ꝓ Canonicis iterāt horis. Sunt tñ ⁊ ſacerdotes/ eiuſdē quidē ordinis ⁊ veſtitus/ attamē ſub militarium iugo. Habēt et Norinberge quoqꝫ (vbi hec ſcribunť) cōuentū/ militaribꝰ ſacerdotibuſqꝫ ac largis redditibꝰ inſtitutū. ¶ Geſſerunt patrū noſtrorū memoria graue et Internecinū bellum cū Vlatiſlao Polonorū rege (vt refert Syluius) In quo cladē magnā pertulere Teuthonici/ multitudine Polonorū/ Lituanorum Tartarorūqꝫ obruti: perierūt nempe in eo prelio viri Primarij/ equeſtri dignitate inſigniti (quos cōmendatores vocāt) circiter

*Pruſſia ⁊ Pruthenipo.* *Teuthonici fratres.* *Ordo teuthonicorū* *Bellū cōtra Polonos.*

ſeringentos: Anno dñi Milleſimoquadringenteſimodecimo. Ereptũ autẽ regnũ/reſtituit eis Sigiſmũdus Imperator/At tpe Friderici tercij ex diſcordia Militarium ⁊ plebis quinquaginta quinqꝫ oppida ad Polonos deſciuere:fuerũt tñ cõtra Caſymirũ regẽ victores Teuthonici/deſiderataqꝫ ſunt poſt prelium ſupra ſex milia Polonorũ. ¶ Gerũt ⁊ nũc cum Ruthenis Tartariſqꝫ grauiſſima bella/eiſqꝫ publico ere ob indulgentias pontificales nuper ſubuentum eſt. Hec ideo referunť/vt ſi noĩa oppidoꝝ Romano ore cõmode ꝓferri nequeant/cognoſcať tamẽ regionis et

Oppida Pruſſie. vaſtitas ⁊ potẽtia. ¶ Sũt pcipua oppida Pruſſie Marieburgũ ſedes Magni magiſtri ⁊ Danſca clariſſimũ emporiũ/⁊ nauigantium portus/Nũc vero eis a Polonis ereptũ/Eccleſie põtificales trans viſtulã Culmẽſis/ Sambienſis ⁊ Varnenſis. Nũc ĩ mõte regio Magnũ habitare magiſtrũ ferũt/ quẽ his dieb⁹ elegerunt Albertũ Marchionem. Hec de ora Germanie obiter dicta ſint. Ad centrũ nũc redeundũ eſt.

¶ Inter Norinbergã Turingiãqꝫ pars Frãconie interiacet de

Turingia qua poſtea ageť. ¶ Nũc de Turingia pauca ſubiũgam⁹. Habet ab oriẽte Miſniã. A ſeptẽtrione Saxoniã Ab occaſu Haſſiã A meridie Franconiam. Terra vberrime glebe/pinguis ſegetis/ panis albi/lingue Saxonice. Latiſſima in ea ſylua eſt/pars Hercynie/noĩe gentis nũcupata.

Erfordia Metropolis. ¶ Metropolis eſt Erfordia/vrbs magna/aduerſa fortuna nũc vehemẽter laborãs/ olim preclara ⁊ opulenta ciuitas/totius ꝓuincie decus/Adhuc liberaliũ artiũ alumna. Cui pareat ambigua eſt/ diſſentiẽtib⁹ Epõ Mogũtino ⁊ duce Saxonie.

Reliqua oppida turingie. ¶ Reliqua oppida ſũt Ariſtadiũ Gena Neuburgũ Moluſia Northuſia Gottinga.⁊c̃.

Saxonia ¶ Deinde Saxonia eſt/Terra antiqua/potẽs armis atqꝫ vbere glebe/Vrbib⁹ magnis exculta/vini ſterilis/frugũ fertilis/Cereuiſie largiſſima/populiſqꝫ validiſſima In ea cõſedere olim Cimbri Teuthoni Angli.

Saxones pugnaces ¶ Saxones a quibuſdã Macedonica ſoboles diciť/gens valida de qua Lucanus dicit. Longiſqꝫ leues Saxones in armis:Triginta ferme annis cum Carolo magno bella geſſere/tandem victi/⁊ ſub iugũ miſſi/chriſti fidẽ ſuſcepere. Poſtea longe clarior magiſqꝫ illuſtrata eſt Saxonia Tribus Othonibus/ prouidẽtia/rerumqꝫ geſtarũ magnitudine clariſſimis imperatorib⁹/qui fines illos longiſſime prolatarunt.

# De Saxonia.

Argumento eſt lingua Saxonica/ qua nedū Saxones/ verūetiā Lingua
Phriſones/ Ueſtuali/ Turingi/ Brādeburgēſes Pomeraniiqꝫ Saxonica
vtunt. ¶ Vrbibꝰ tot tātiſqꝫ nulla germanie ꝓuincia eſt Saxo- Vrbes
nie par/ Metropolis eſt Madeburga (quā Virginopolim vo- maxime in
cat Aeneas Syluius) In qua Archieps̄ ⁊ quidē primas germa Saxonia
nie reſidet/ cui magna ꝓuincie pars ſubiecta eſt/ Diues ibi tem- Madebur
plum. S. Mauricij ex quadrato lapide/ nobile Othonū opus. ga.
Magiſtratꝰ vrbis/ Jus Ciuile abbreuiatū/ Saxonicaqꝫ lingua
tranſcriptū/ toti gēti venerabile reſeruat/ Caroli magni auctori-
tate firmatū aſſerens. ¶ Alberſtadij templū eſt/ qd̄ idē Carolus Alberſta-
extruxit cū ampliſſimis et ꝓuentibꝰ ⁊ officijs: Habet em̄ (vt ſcri- diū
bit Syluius) xij. dignitates/ xxiiij. p̄bendas Archidiaconatꝰ. xx.
Sitū ī colle/ vbi magnifice Canonicorū ſedes cōſpiciunt. Nulla
autē laicorū illic domicilia/ Ager vrbis feraciſſimus/ vbi frugū
culmi virū equo inſidentē excedūt. ¶ Brunſuicū/ celebris vrbs Brunſy-
nobiliſſimis ducibꝰ Othonū ſobole/ Aedificijſqꝫ inſignis tum cū.
munitione tū amenitate/ vbi quinqꝫ fora/ quinqꝫ p̄toria ⁊ totidē
magiſtratus iura ciuibꝰ dicūt. ¶ Goſlaria vrbs argēti fodinis Goſlaria
diues/ quas Otho primꝰ illic inueniſſe fert/ Nō longe eſt Em-
bicca nobili Cereuiſia famatū oppidū. ¶ Preterea Hildemēſes Reliqua
Uerdenſes/ Hamburgēſes/ Leoburgēſes/ dites populi. p̄clara oppida ſa-
oppida incolūt/ Luneburgēſes ſalinas habēt vberrimas ex qbꝰ xonie.
ſal coquit albū/ qd̄ ad vicinas defert gētes/ magnis cū ꝓuentibꝰ
¶ Lubicenſes v̊o omniū potētiſſimi Dacie regi ad cōtinendos Lubicum
ſubditos auxilio fuere p̄ſepe/ nunc v̊o grauiſſimis odijs cum eo
bella gerūt/ preſertim naualia/ Intercepere nuper viginti naues.
Duodecim cōſules reipublice p̄ſunt/ quorū ꝑpetua eſt poteſtas/
plebi nulla adminiſtrādi facultas/ Mercatu piſciūqꝫ copia vrbs
locupletiſſima/ ſitu ↄmodiſſima (ad mare em̄ ſita eſt) Aedificijſqꝫ
ameniſſima. ¶ Ei cōfinis eſt Holſatia in Cimbrica Cherroneſo Holſatia
que duci paret. regio.
¶ Reliqua pars illius peninſule regi Dacie ſeruit/ Lingua ger- Datia in
manica ibi corrupta habet Credit em̄ Noruegos illuc tranſijſſe Cimbrica
poſtq̄ꝫ Cimbri eam partē reliquerāt. Germanie tū etiā aſcribunt Cherrone
latiſſima illa tria regna in Oceano ſeptētrionali/ Dacia/ Suetia/ ſo.
Noruegia/ fide chriſti imbuta/ paucis vrbibꝰ decorata/ Dacia
tū ceteris cultior eſt regio/ Noruegia quoqꝫ ⁊ Suetia peninſule

ſunt/male habitata regna/piſcibus victū quęritāt populi.

Duo ſin⁹ Germanie

¶ Includūt itaqꝫ duos ſin⁹ maris ad littora germanie Codonū quidē ad lubicū/Balthenū vo ad Pruſſie Liuonieqꝫ littora. Inſule in finibus ſunt Scandia/Balthia/Gothia/poſt Norüegiā terra lata eſt/vbi pilappen ⁊ Engronelant ⁊ mare glaciale reſtāt.

## De tractu occidētali Germ̄. Ca. viij

Fluuij ⁊ ꝓuincie occidētalis germanie.

¶ In Tractu occidentali Germanie ſunt: Rheni/Viſurgis/ac Amaſis fluuiorum accole. Citra Rhenū quidē Ad Menū Francones/Ad ripam Rheni Haſſones/ad Viſurgim Ueſtuali/Ad amaſim Phriſones/Ad Rheni oſtia Holandini Flandrini Brabantiniqꝫ. Supra hos Gelrenſes/Cliuenſes/Colonia/Moguntia et reliquę vrbes vſqꝫ ad Baſileam/Ad Galliam verſus Ueſterica/Treueris/Euſlia/Aquiſgranum.

Frāconia. Franci orientales.

¶ Frāconia a meridie Sueuis iūgit̄/Ab ortu Bohemis ⁊ Moricis/A ſeptētriōe Turingis/Ab occaſu Rheno ⁊ Haſſie/Nobilis ꝓuincia/Ditib⁹ cōſita amnib⁹ Moeno Tubaroqꝫ irrigua Dicit̄ a pleriſqꝫ Frācia orientalis/Ea autē/q̄ iuxta Pariſios eſt/dicit̄ Francia occidētalis/a qua reges Francorū titulum habēt.

¶ Fuere eñ origine Troiani/q̄ capta Troia ad Meotidem in Scythia cōſedere/victi aūt a Romanis in Frāconiā migrauerūt vbi imperiū ita ꝓlatarūt: vt Galliarū Germanieqꝫ multis prouincijs dominarent̄ (Teſte Aenea Syluio) vſqꝫ ad tpa Othonū Gens virib⁹ armiſqꝫ valida/multa nobilitate pollens \ oppidis exculta/arcibuſqꝫ munita.

Due vrbes epāles herbipolenſis

¶ Urbes epāles due ſūt/Herbipolis ⁊ Bamberga/Utraqꝫ ad Moenū ſita/Herbipolenſis aūt eps̄ etſi ſub Moguntino eſt in ſpūalib⁹ (vt aiūt) nihilo ſecius tñ dux quoqꝫ habet̄ Frāconie/Quapropter dū rem diuinā facit/gladiū in altari nudū habet/Bambergēſis vo nō vlli Archiepō ꝫ ſoli

Bambergenſis.

Pōtifici maximo ſubiect⁹ eſt/Eius eccl'ia ab imꝑatore Heinrico et Kunegunde vxore inſtituta/liberaliterqꝫ donata eſt/quos ꝑinde mortales religioſe ꝑ ſanctis colūt.

Oppida ſub Bamb̄ergenſi.

¶ In dioceſi Bābergēſi ſub Epi ꝗꝫ ditione ſunt hec oppida/Forcheym/Holfeldia/Cronacū ⁊ reliqua circiter viginti parua tñ ⁊ ignobilia. Adiacet Coburgū oppidū excelſa arce munitiſſimū/Saxonie duci ſubiectū.

Sub Herbipolenſi.

¶ Sub Herbipolenſi vo Kytſinga/Regis curia/vadū bouis/Carſtat ⁊ reliqua circiter viginti quinqꝫ/in feraciſſimo ſolo ſita/parua tñ ⁊ Romano ore vix effabilia.

# De Haſſia et Ueſtualia.

¶ Oppida v̊o Imperialia Uuinſhemū Rotenburga ad Tubarū et Sueinfordia item Franckfordia ad Moenū nobile Emporiū: vbi quotannis Mercatores inferioris ſuperioriſqꝫ germanie bis cōueniūt/ Mildeburgū v̊o et Aſciburgū Mogūtino Epiſcopo ſubſunt. ¶ Eſt p̄terea nobilis ibi Comitatus Uuertemenſis. Et latiſſima ſylua/ que Spekhart vulgo dicit̃/ Indomitis equis paſcua prebens. Eſt ⁊ alia ſylua inter Herbipolim et Bambergā que alta dicit̃/ vulgo der Stayger wald. Alia item que vulgo dicit̃ Otenwald.

Oppida imperialia

Tres ſylue in Frācoinia.

¶ Franconie in occaſum cōtermina eſt/ Haſſia regio ſterilis ⁊ montoſa Turingis Saxonibus Ueſtualiſqꝫ confinis/ equitatu pollens/ Lantgrauio ſubiecta Metropolis eius eſt Martburga/ ſedes principis. S. Elizabet reliquijs nobilitata/ Cetera oppida ſunt Caſſel Segen Putzpach Han/ Gelenhuſia. Comitatus item/ immo ducatus Hennenbergenſis/ qui cum diuiſus ſit/ partim Frāconie/ partimqꝫ Haſſie aſcribit̃ et Fulda potentiſſimū Germanie cenobiū. olim Theologie ſtudio florētiſſimū/ nunc ſeculari potentia inſigne.

Haſſia regio ſterilis

¶ Poſt Haſſiam Ueſtualia eſt/ regio magna/ multis vrbibꝰ exornata terra frigida/ Viſurgi Amaſi et Sala fluminibus irrigata: et ꝓinde pecorum paſcuis q̄ꝫ aruis letior/ vini expers/ niſi aliunde importet̃/ populus robuſtus/ laborumqꝫ tolerātiſſimus Cui cereuiſia potꝰ/ Caſeuſqꝫ ac niger panis cibus Caro quoqꝫ tum bouina tum ſuilla et quidē plurima/ ſed plerūqꝫ fumigata.

Ueſtualia regio lata.

¶ Quatuor in ea reſident Ep̄i Bremenſis in ora iuxta Saxoniā Mindenſis ad Thuringiā: Monaſterienſis et Padebornenſis in mediterranea. ¶ Cetera oppida ſunt Suſatum Oſnaburga Geſica Uuildeſhuſia Herbordia Hammon Fredeburga ⁊c. diſterminat̃ ab Haſſia Anobis montibus A Saxonia viſurgi fluuio. ¶ Pollet ꝓcerū multitudine/ equitatu Comitūqꝫ generoſitate: Nobilis morte Tropheoqꝫ Druſi germāici/ q̄ ibi inter Rhenū Salāqꝫ victor oppetijt. Caroli quoqꝫ magni victorijs nobilitata/ qui eam chriſtiana imbuit religione. ¶ Qꝛ cū ſepe rebellantes/ a fide deficerent/ vt eos coherceret/ quoſdam inter eos Clandeſtinos iudices cōſtituit (quos Scabinos vocant) quibꝰ poteſtas plectendi foret eos/ qui aut deierarent aut fidem frangerent/ Terruit itaqꝫ ea re Ueſtualos/ cū in ſyluis et ꝓceres et

Quatuor ep̄i ibidē.

Reliqua oppida

Scabini Ueſtualici.

# De Phriſia et Holandia.

mediocres/arbore ſuſpenſos reperirent/nulla accuſatione prius
audita. Jd iudiciū adhuc illic eſt/tā ſecretū ſane / vt nullus Sca-
binorū vnq̄ȝ nec p̄ce nec p̄cio reuelauerit.

Phriſia terra pabuloſa.

¶ Queſtualis in Septētrionē ptigua eſt Phriſia/ora Maritima
terra plana ac paluſtris/multo gramine fecūda. Proinde om̄is
Phriſonū ſuba Jn pecorib⁹ eſt. Boues itaq̄ȝ Caſeiq̄ȝ eorū lōge
Jn alias terras deportant̄/Venūq̄ȝ exponunt̄. lignorū penuria
laborāt. Jdeo bituminoſo ceſpite ac ſicco boū ſtercore ignē fouēt

Gēs ferox

¶ Gens ferox Robuſti ⁊ p̄ceri corporis/ac animi intrepidi/ad
necē p̄na:nā facile quēpiā cōfodit laceſſita/interfectoq̄ȝ inferias
exequit̄/ vnico dūtaxat nūmo ſup Cadauer p̄iecto. Libera q̄dē
Gēs/ exteris nec parere ſuſtinet/nec dn̄ari cupit. Haud ſane in-
uitus Phriſo p̄ libertate mortē oppetit. Mulierib⁹ veſtis breuis
ad genua vix defluēs/at p̄cioſe exornata ⁊ gēmis ⁊ auro.

Gruninga Metropolis.

¶ Metropolis ei⁹ eſt Gruninga vrbs Manupolij ſocia/ Mer-
catu territorioq̄ȝ potēs Grauia diuturnaq̄ȝ bella cum ducibus
Saxonie geſſit/q̄tuordecim oppidis dominata.

Comitat⁹ Emedēſis.

¶ Preterea p̄-
potēs eſt ī Phriſia comitat⁹:Comes ip̄e Emede reſidet. Jnterdū
⁊ Norde/nā magna ſunt hec oppida. Finit̄ germanico Oceano.

Terra traiectēſis.

¶ Phriſie ī occaſū ꝯfinis eſt terra Traiectēſis vbi Julij ceſari na
ualia quōdā erāt. Ep̄s loci potētiſſim⁹:vt q̄ q̄draginta armatoꝝ
milia ad Bellū educat/ingruēte vi hoſtili: Potus gēti Cereuiſia/
Vinū Mercatores afferūt. Forma tā viris q̄ȝ mulierib⁹ egregia.

Vrbes ei⁹

¶ Liberas vrbes habet ⁊ q̄dē opulētas ob vicinitatē maris/ fe-
racitatēq̄ȝ ſoli:Quarū p̄cipue ſunt Traiectū Campen Suollis
Dauētria/vbi pluria ſcholaſticoꝝ frequētia/piſciūq̄ȝ ac Butyri
ingēs copia Bella nūc cū vicino duce Gelrie gerūt ⁊ q̄dē infeſta

Holādia olim belli-coſa.

Dicti olim Bataui.

¶ Deinceps eſt Holandia/terra inſularis/Rheni oſtijs Occa-
noq̄ȝ Britānico clauſa/ Diues opū Studijſq̄ȝ olim aſperrima
belli/dū Bataui incolerēt. ¶ De quib⁹ ſic ſcribit Cor. Tacitus
Omniū harū gentiū virtute p̄cipui Bataui/ Nō multū ex ripa/
ſed. inſulā Rheni amnis colūt/Chattorū quondā pp̄l'us ex ſedi-
tione domeſtica/in eas ſedes trāſgreſſus/ī quib⁹ pars Romani
imperij fierēt/Manet honos/⁊ antique ſocietatis inſigne/ Nā
nec tributis cōtēnunt̄/nec publican⁹ atterit/exempti onerib⁹/ et
collatiōib⁹/⁊ tm̄ ī vſum p̄lioꝝ ſepoſiti/Velut tela atq̄ȝ arma bel-
lis reſeruant̄. Hec ille. Nūc v̄o victualiū delicijs. opūq̄ȝ affluen-
tia emolliti/multis germanie pp̄l'is belligerando ſūt inferiores.

# De Flandria et Brabantia.

¶ Habēt letiſſima paſcua/copiāq; ꝑinde ꝛ Butyri ꝛ caſei/ habēt ꝛ mare/ꝑ qđ cōmode merces importāt/ tū ex Hiſpania.tū ex Anglia/ꝑ oſtia quoq; Rheni vndiq; ex germāia merces inferūt ¶ Oppida eoꝝ ꝑcipua ſunt Dordracū egregie munitū/negociatiōibuſq; accōmodū/Amſterdamū/Brielū ꝛ Harlia ¶ Adiacet ei ī Oceano Britānico Selandia vltima germanoꝝ tellus/In q̄ Mitelburgū ꝑcipuus eſt negociatorū locus.

¶ In cōtinēte v̄o/infim⁹ germanie tract⁹ eſt Flandria Gallijs ꝛ ſitu ꝛ morib⁹ ꝓxima/ꝓpter maris cōmoditatē opulēta/Oppida in ea duo ſunt/vel toti⁹ germanie maxima Gandauū et Bruge. Gandauū muro cinctū nō eſt/egregie tamē munitū/ vbi ingens textoꝝ multitudo Bruge quōdā clariſſimū emporiū/Poſtq̄ v̄o Maximilianū tanq; captiuū detinuit:Indignationē ei⁹ merita/ magnū accepit incōmodū\ex q̄ nūdinas ei⁹ Antuerpiā trāſtulit. Indies itaq; decreſcit multaq; loca ī ea nūc pene deſerta ſunt/ q̄ olim frequētiſſimo habitatore referta erāt.

¶ Verſus Rhenū in cōtinēte eſt Brabantia ameniſſima ſimul ꝛ potētiſſima germāie ꝓuincia Cōtigua ad occaſum qdē Flādrie ad Auſtrū Gallie/Ad ortū Gelrie ad Aquilonē v̄o Holandie. Terra ſterilis agri/vitib⁹ carēs Gens induſtria/opificijſq; excellens Mercatores ſane ditiſſimi / Artifices ingenioſi / pictores egregij/fabri ꝛ ferrarij ꝛ argētarij ꝑſtantes/ Textores inſignes/ Mulieres ꝛ forma ꝛ arte inter germanas primarie. ¶ Vrbes potētiſſime Antuerpia quidē ꝛ ſitu ꝛ mercatu cōmodiſſimū Emporiū/vel toti⁹ germanie ꝑcipuū Nā brachio maris alluit/In quo tāq; portu importāt merces/tum ex Britannia/tum ex inſulis terriſq; nuꝑ repertis. Quapropter mirabili floret opū incremēto Templo pollet eximio Cātu gaudet omnimodaq; Muſica.

¶ Reliqua oppida ſūt Mechelinū ſedes principis/amenitate nulli ſecundū/panno ibidē texto famatū. Buſcū ducis cultrorū artificio/portaꝝq; munimētis clariſſimū. Louoniū vrbs ampla liberaliū artiū inſigne domiciliū/ſcholaſticorū pollēs m̄ltitudine Cetera ſūt Bruxelle Berge Traiectū ſuperi⁹ ꝛ pleraq; alia/pagi quoq; ꝛ ampli ꝛ ſplēdidi. Ex qb⁹ duo mihi referēdi ſunt: Bard Buick duob⁹ Theologie licētiatis Theoderico ꝛ Andrea/mihi ob collata quōdā bñficia recolēdis/inſignis: Et alta platea/ ex q̄ oriūdus eſt celeberrim⁹ Theologie ꝓfeſſor Jacob⁹: me⁹ dū Colonie agerē/ꝑceptor.

Leta paſcua

Oppida Holādie.

Selandia inſula

Flandria terra diues

Brabātia regio opulenta.

Antuerpia Emporium.

Reliqua Brabātie oppida

# De Gelria et Colonia.

Gelria pugnax.

¶ Ad Rhenū Brabantie contermina eſt Gelria/quatuor amnibꝰ nauigabilibꝰ irrigua/quatuor quoqꝫ ciuitatibꝰ diuiſa: gēs Marti dicata/diuturno ⁊ quidē cōtinuo bello exhauſta quidē/ at nondum defatigata/mire erga ducē fidei/ erumnarū tolerantiſſima/ Que in quadraginta annis nulla freta eſt pace/ Nam ipſe imperator plurima ei bella intulit/ Cliuenſes quoqꝫ ⁊ Brabantini Traiectenſeſqꝫ grauiſſimis prelijs eam adorti ſunt / nec hodie quieſcunt. ¶ Dux ipſe incredibili viget robore animi/militibus charus/patricijs equus/plebi placidus/manu promptꝰ bello ſemꝑ obnoxius.

Oppida quatuor ꝑ̄cipua.

¶ Vrbes ꝑ̄cipue ſunt Nouomagiū/Sutuonia Ruremundis ⁊ Arnia/Hec annis ſuperioribus a Brabantinis obſeſſa/ducis conſenſu ad eos defecit/Cetera oppida ⁊ quidem multa ijs ſunt ſubiecta: Quorū Venloe nunc longa obſidione Brabantinorū ꝑmit̃/cui ego/ ob amorē ꝑ̄ceptoris illinc oriundi/vehemēter afficior. Reliqua tranſire libet/tanqꝫ̃ exigua/ latineqꝫ haud facile effabilia.

Ducatꝰ cliuēſis ⁊ Juliacenſis.

¶ Poſt Gelriam in ortum ad Rhenum geminus eſt ducatus. Vnus Cliuenſis\Alter Juliacenſis: nuper matrimonio inito cōiuncti. ¶ Cliuenſis cōtractiorem habet plagam/At meliora oppida: precipua quidem ſunt Cliuis ducis domicilium/Embrica triuiali litterarum ludo celebris. Xantus et Beſalia/collegijs eccleſiaſticis inclyta.

Oppida Cliuenſis. Juliacēſis bipartitus eſt.

¶ Juliacenſis aūt ducatus bifidus eſt/ pars Vltra Rhenū ad Weſtualiam que Pergenſis ſiue Montenſis dicit̃/Pars v̓o citra Rhenū ad Galliam que Juliacenſis dicit̃ a Juliaco oppido.

Colonia agrippina

¶ Jn medio eorū eſt Agrippina Colonia vrbs celeberrima/totius Germanie flos/dulciſſima mihi quōdam alumna/ Archiepiſcopatu ꝑ̄potēti (nam Weſtualie habet̃ princeps) inſignis/ Jn q̊ tot floruere viri ſancti quot nuſqꝫ̃ alibi ꝑ Germaniā/vrbs plurimis ac magnificis decorata templis/ vbi innūere ſanctorū reliquie/tumbis/ceteriſqꝫ vaſis auro argento gēmiſqꝫ exornatis reſeruant̃. Trium inquā magorū/Vndecim miliū virginū Thebeorūqꝫ ac plurimoꝝ martyrū atqꝫ cōfeſſoꝝ/quoꝝ ſanguine oſſibuſqꝫ repleta/felix merito appellat̃ Colonia. Gaudet inſuꝑ libertate imperiali ⁊ florētiſſimo omniū artiū Gymnaſio Venerabili ꝑ̄ſertim cetu Theologorū famato. Vbi mihi ꝑ̄ceptores integerrimi ſimul atqꝫ doctiſſimi extitere ⁊ philoſophie ⁊ Theologie cā-

Innumere ibi ſctōꝝ reliquie.

didati/ In monte quidē Aquinati ⁊ moꝛū ⁊ doctrine p̄fulgida ſane exemplaria. ¶ In ripa Rheni ſubiacet/inferne quidē oppidum Nuſſia/longa Caroli obſidione clarū: Et clariſſimus Comitatus Moꝛſatenſis/ ex quo pleriqꝫ pꝛincipes ⁊ ep̄i euaſerunt. Superne vo Bunna vetuſtate epiſcopiqꝫ domicilio celebꝛis.

¶ Ad latus Gallicū Aquiſgranū panni textura Tēploqꝫ beate Marie virginis/reliquijs inſuper ac monumētis Caroli magni Thermiſqꝫ famigeratum. Dehinc Leodium vꝛbs ep̄alis partim Gallis/partim ⁊ Germanis habitata.

¶ Supꝛa Coloniā ad latus aſcendēti dextrū Euflia eſt ad Treuerim vſqꝫ/terra obſcura paruis oppidis exculta/gallis contermina: oppida p̄cipua Monaſteriū/Bedeberga/Teuera.

¶ Ad ripam Rheni Moguntiā vſqꝫ amena ſunt oppida. Andernacū Cōfluētia(vbi ī Rhenū exoneraꝛ Moſella)vtriuſqꝫ fluminis ripe appoſita/amenitate ponteqꝫ ſaxeo egregia Treuerēſi Archiep̄o ſubiecta/Dehinc Bobardia. Beſalia/Cau. Baccharacū vino(quod vulgo Rinckauer vocitaꝛ) inclytū. Et Pingū vetus/quod Coꝛ. Tacitus cōmemoꝛat. At Moguntia/ ab eodē Authoꝛe noīaꝛ Mocuntiacū Rheni ripe appoſita/ vbi Moenꝰ ei cōmiſceꝛ. Vꝛbs clero inſignis/Archiep̄o ſubdita/qui Imperij habeꝛ quoqꝫ electoꝛ/opibꝰ ſeculariqꝫ potētia pollens. Fuit ibidē olim Conciliū Generale. ¶ Inter Mocuntiacū Treuerimqꝫ ac cōfluentiā plaga interiecta diciꝛ vulgo Tergū canis/nulla habet oppida inſignia. ¶ Ceterū Treueris vꝛbs vetuſtate inclyta: nam ipſa Roma vetuſtioꝛ. Quādoquidē duobus milibus annoꝛum ante Chꝛiſti natalem cōdita eſſe ferꝛ/ qđ ex Aedificioꝛū antiquitate cōiectare licet. Nunc plurimis ſanctoꝛū reliquijs Sanctiqꝫ Mathie Ap̄li oſſibus venerabilis. Gens olim Gallica/ victualium affluentia diues/Archiep̄m quoqꝫ habet ⁊ publicū litteraꝝ gymnaſiū. ¶ Adiacet ei ad Galliam Ducatus Lutzelburgenſis et Lottoꝛingie/vterqꝫ gallice lingue.

¶ Verſus Rhenū terra Germanica q̄ vulgo Weſterreich diciꝛ Ab occidētali Gothoꝛū regno(ſi fame credere dignum eſt)dicta quēadmodū Oſterreich ab oꝛiētali coꝛundem regno/ Diui Euſtaſij gaudens reliquijs. Qui Lymphaticis/demonioqꝫ obſeſſis clemēter fert opem. ¶ Oppida eiꝰ ſunt Crucinacū/ Sarapontū ⁊ Metis vꝛbs imꝑialis ⁊ ep̄alis partim germanis partī Gallis

Opoida ꝑpe Coloniam.

Aquiſgranum.

Euflia re.

Vꝛbes ad ripā rheni

Tergum canis.

Treueris.

Weſterreich.

Oppida.

# De Alſatia.

habitata/imperio ſubdita/cõmunis Germanie Gallieqꝫ limes.

Vuorma- ¶ Ad ripam vo Rheni ſupra Moguntiam clare ſunt vrbes:
tia. Spira Vuormatia: olim Vangiones: Spira / olim Nemetes: Argen
Argẽtina. tina olim Argentoracũ Arte impreſſoria/Senatoriaqꝫ dignitate
victualiũ quoqꝫ affluentia efflorẽs/ He tres vrbes ẽpales ſunt

Alſatia. ¶ Poſt has ad Heluetios vſqꝫ eſt Alſatia/terra ſoli fertilitate aeriſqꝫ temperie/Inter Germanicas nulli ſecũda/Cereris copiã habet ꝛ Bacchi/Adeo nobilis ſane/ vt ad Sexaginta annos per-durare poſſit vinum alſaticum.

¶ Oppida habet pro tanta terre vbertate non tam magnifica Schletſtadium/ Colmaria/Ceſariburgum et cetera/ Protendiẽ autem ab Argentina ad Baſileam vſqꝫ. Terminaẽ itaqꝫ ab occaſu Lothoringia/ A meridie Heluetia\ Ab ortu autẽ Rheno/ Terminatqꝫ ſimul hanc noſtram deſcriptionem/Cuius initum Heluetia extitit.

# Peroꝛatio in Germaniam.

Longioꝛ eſt hec noſtra Germanie deſcriptio/quã ab initio ꝓponebat: Pꝛo tanta tamen rerũ pꝛeſtabilitate/longe infima/bꝛeuiſſimaqꝫ ac nimis tenuis atqꝫ ieiuna. Nam pleraqꝫ oppidoꝛũ nomina obticuim⁹/ partim ob ignobilitatem loci/ partim ob aſperitatẽ vocis. Arido itaqꝫ ac humili ſtilo veniam petimus. Quãdoquidẽ hec/nõ veteranis/ſed pꝛimis manſuetioꝛum litterarũ tyrunculis depꝛompta ſunt. Nec admittit facundiã/ tãta rerũ variatio/vocabuloꝛũqꝫ tum gentiũ tum locoꝛũ/ aſpera quedam pꝛo Idiomate innouatio. Antiqua obſoleta ſunt: Noua plerũqꝫ Germanica: Antiqua nõ niſi pauciſſimi intelligerent: noua Romano ſermone pꝛoferri nequeũt omnia: Ideo qñqꝫ littera eſt vel adiecta vel immutata: qñqꝫ ex Teuthonico latine trãſlata. Huiuſmõi opere veniã ꝓcamur: ne quiſqꝫ naſum ducat/rideatqꝫ vocis aſperitatem/ ſed potius commptius expꝛimat vocabulum. Quãdoquidẽ nullum nobis tranquillum fuit vacandi ocium: Tot ſunt cure/tum vtriuſqꝫ ſchole/tum Muſici certaminis. Tot inqꝫ/ vt interdiu/nullum nobis tempus/ꝓ hoc negocio/reliquũ fuerit: niſi ſurrepticiũ aliqñ/penituſqꝫ ſucciſiuũ. Accedit et Meteoꝛologie elucubꝛatio/ que tunc medijs verſabat in vndis omnẽ ſollicite mẽtis curã. Nec vͦ vſũ nobis fuit exemplar/in quo particulatim Germanice regiones deſcripte eſſent. Qꝫ ſi Chunradi Celtis illuſtrata Germania/nobis obtingere potuiſſet/ fuiſſet ꝑfecto ſuſcept⁹ iſte laboꝛ ꝛ certioꝛ ꝛ facilioꝛ. Adde tandẽ/ꝙ Priſcoꝝ ſcripta Geographoꝛũ/ad p̄ſentẽ Germanie ſtatum agnoſcendũ/ aut nihil omnino/aut ꝑparũ conducant. Nam alia ſunt vocabula( p̄ter Saxones nãqꝫ et Sueuos / nulla ex Priſcis ſunt nomina in vſu ) alij populi / alij moꝛes/atqꝫ alia facies terre. Quapꝛopter argui non debent antiqui. Pomponius noſter/Strabo/Plinius/Tacitus/Ptoleme⁹/ſi aliter/ qꝫ res nũc ſe habent/ſcriptitauerint. ſed grates potius deo referẽde ſunt/ſaluatoꝛi nr̄o Chꝛiſto/qui non ſolum a Gentilitatis Idolatrieqꝫ erroꝛe/ verum etiam a feda ꝛ lingue ꝛ moꝛum barbarie/ clemẽtiſſime nos liberauerit. ac mollius ingenium/clementiuſqꝫ celum p̄ſtiterit: Cui honoꝛ ſit immenſus gloꝛiaqꝫ perennis/ac iugis gratiarum actio.

# Joanni Cocleo Norico Schole Laurentiane prefecto. Benedictus Chelidonius. S. P. D.

Venit obiter in manus noſtras libellus tuus / Joãnes ſtudioſiſſime/ꝗ
inter cetera Geographie notatu digna/noſtre Germãie/ atqꝫ adeo noſtre
Vrbis Situ͂/mores/⁊ ingenia artificioſa quadã breuitate ita es ꝯplexus:
vt in eo nemo lector/aut oneret̃ admodum notis/ aut fraudet̃ incognitis.
Natale quippe ſolu͂/cuiqꝫ vel ipſa natura ſeu cõſuetudine in animo heret:
reliquoru͂ v͛o locoru͂ facies/aut arte ſola/aut peregrinatione dinoſcitur. Et
eſt difficile nõ modo regionu͂ ſed ⁊ vnius pleru͂qꝫ Vrbis domeſticã diſpo
ſitionẽ meminiſſe. Tanta eſt ritus varietas/ cu͂ noſtre Germanie / tum p̃=
cipue loci huius/tot regulorum Satrapie/tot Priſcoru͂ monumẽta ꝑlioru͂
tot Hercynie nomina ſylue. Hic ſteriles cãpi/illic vberes glebe: Tot de=
niqꝫ reipub. forme/quot vrbes. Que oĩa more hiſtorico ita deſcripſiſti: vt
ferme depingere videaris. Jmprimiſqꝫ huius inclyti ⁊ toto Romano im=
perio velut armentarij atqꝫ Emporij Senatu͂ populumqꝫ/atqꝫ vtriuſqꝫ
officia/tam pulchre enarras/q̃ꝫ vere. Hic dum quorundã cõmemoras in
duſtriam/palpatoris nomen(vt aīs)fugiens/nr̃i Bilibaldi Pirchameri
ſtudia quidẽ exprimis: ſed nomen doctis omnibus clarum et obſeruandu͂
ſupprimis. Quem ego tecu͂ tantu͂ colo/quantu͂ eſt omnigenis ornatus lit=
teris. Cuius mihi tota ſtirps frondiuiſſe nil aliud q̃ꝫ litteras videt̃/ ſeu pa=
rentẽ ipſi⁹/ſiue germanas/ſiue(quod alias perraru͂ eſt)filias impuberes
reſpicias/muſicen ⁊ latinitatẽ vltro/non ſecus ac ad eaſdẽ nate eſſent/ arri
pientes. Cu͂ quo mihi viro/etſi adhuc nulla cõſuetudo interceſſit/ quippe
quem vix quater viderim/tamen que refero/ipſa eius fama quam milies
auribus hauſerim/p̃dicante didici/Quare mi Joannes nomẽ Palponis
in eo viro laudando nõ tantoꝑe formido. Cuius vtinam plures hic eſſent
ſimiles/haberent ꝓfecto bonaru͂ litteraru͂ ſtudioſi plures etiam fautores/
Perge igitur ⁊ quem ex Geographie floſculis legiſti in cõmunẽ legentium
fac redolere odorem. Vale Norinberge. x. Calendas Februarias. Anno
Salutiferi partus. 1 5 12

# Teuthonica vocabulorũ interpretatio.

## A

Auſtria Oeſterreich. Regio.
Alſatia Elſeſ. Re.
Albys dye Elb flu.
Atheſis dye Etſch flu.
Aqueburgũ/Waſſerburg op.
Auripolis Jngolſtat. op.
Auguſta/Augſpurg op.
Arx vetus/Altenburg op.
Ariſtadium/Arnſtat op.
Antuerpia/Antorff op.
Arnia/Arnheim op.
Aquiſgranũ/Oech op.
Argentina/Straſpurg op.
Auellanus/Oeſelperck mons.

## B

Baſilea Baſel op.
Burgunum Purckhauſn op.
Brunna Prunn op.
Buda Ofen op.
Brunſuicũ Praunſweyck op.
Bruge Bruck op.
Buſcũducis Hertzogñbuſch op.
Brixelle Bryxel op.
Beſalia wyſel oppidum.

## C

Carinthia Kerntñ Re.
Conſtantia Koſtnytz op.
[illegible]ampiſanum Feltkyrchñ op.
[illegible]itus Elpogñ op.
C[illegible]uia Crocken op.
Cu[illegible] Hoff op.
Ceica Zeytz op.
Cliuis Klefe op.
Colonia Koln. op.
Confluentia Kobelentz op.
Crucinacũ Kreutzñach op.
Cronacum Kronach op.

## D

Dacia/Denmarck. Regio

## E

Eichſtodium Eyſtat op.
Embicca Einbyck op.
Embrica Embrich op.

## F

Friſingum Freiſing op.
Forum Julij Friaul Re.
Friburgum Freiburg op.

## G

Glacouia Gloken op.
Gandauum Gent op.

## H

Haſſia Heſſen Re.
Herbipolis wyrtzberg op.
Harlia Harlheim op.
Heripontus Herſpruck op.

## I

Iſula/dye Vltz flu.
Iſarus/dye Yſer flu.
Juliacum Gulich op.

## L

Lituania Littaw Regio
Liuonia Lyflant Re.
Luſatia Lauſnitz Re.
Lubicum Lubeck op.
Louonium Loeuen

Leodium Luttig oppidum

**M**

Morauia Merhñ Re.
Miſnia Meyſſen re.
Marchia/dye Marck Re.
Monacum Munchen op.
Monaſterium Munſter op.
Mogũtia vel Mocunciatũ Meyntz
Metis Metz op.
Moenus vel mogun⁹/der meyn flu.
Moſa/dy maſ.flu.
Moſella dye Muſel flu.

**N**

Norvegia Norvegñ Regio
Nouomagiũ Neumegn op.
Nuſſia Neuſs op.

**O**

Oenipontus Yſpruck op.
Oſticuria Oſterhofn op.
Olimicum Olmytz op.
Oſnaburga Oſnbruck op.
Oenus/das Yn flu.
Odera dye Oder flu.

**P**

Pruſſia Preuſſen Regio.
Pomerania Pomern re.
Paſitium Potzñ op.
Patauia Paſſaw op.
Paucenum Pautzñ op.
Pudoiſa Pudweyſ op.
Paretium Pfarkyrchnñ op.
Pinifer/der Fichtelperck Mons
Porta Pfortzhem op.

**R**

Ratiſpona Regnſpurck op.
Rutheni Reuſſen populi

**S**

Sabaudia Sophoy Regio
Suecia Swedn re.
Salina Hall op.
Strubingum Straubing op.
Sulcipagus Sultzpach op.
Salicetum Weyden op.
Strumoſus Kropffet.
Suſatum Soſt op.
Spira Speyr op.
Styria Steyrmarck re.

**T**

Tyrolenſes/dye an der Etſch po.
Turegum Zyrck op.
Tridentum Trient op.
Tegipagus Deckendorff op.
Trebetia Trebytz op.
Tubarus Dauber flu.
Traiectum Triecht op.

**V**

Verona Bern op.
Vindelici Swabn po.
Vratiſlauia Preſla op.
Vuormatia Wurms op.
Vadumbouis Ochſenfurt op.
Vilſecuria Vilſhofn op.

**X**

Xantus Santen op.

**Z**

Zybicca Zwcken op.

# Errata Calcographi.

Jn Pomponio. Fol. j. in Epl'a. ingraneſcit/ ꝓ ingraueſcit: Nequaq̃z/ ꝓ
Nequicq̃z. fol. vj: explicabili/ ꝓ inexplicabili: recta ꝓ tecta. fo. vij: a terra ꝓ
terra: Totus aũt anguſtus/ ꝓ auguſtus: poſſidere/ ꝓ poſſedere. fol. viij.
Treſie/ ꝓ Tireſie: Nintandrũ q̃ſi A ꝓ andro/ ſic ſtaret/ Ni Antandrũ q̃ſi
ꝓ andro. fol. ix. Coophonij/ ꝓ Colophonij. fo. xj. ex Ampheo/ ꝓ Exam
pheo: eflui/ ꝓ effluit. Ca. ij. cõtingi⁹/ ꝓ cõtingit. fo. xij. trãſgreſſus eũ/ pro
trãſgreſſus eſt: trãſeundẽ/ ꝓ trãs eundẽ: Maronia regio vlterior/ ſic ſtaret/
Maronia. regio vlterior. Fol. xiij. vſq̃z ad megarama/ ꝓ megaram. fol.
xiiij Jn laconio/ ꝓ laconico. fo. xv. Ca. vj. ſed ſedanteſtatonis aracinoꝝ/ ſic
ſtaret/ ſedanteſtatonis Atacinorũ: aliorũ omniũ/ ꝓ amniũ: cõtinẽtiã anne=
ctit/ ꝓ cõtinenti. ⁊c̃ Fol. xvj. arar ex pyrenco/ ꝓ Atax/ vti ⁊ Strabo dicit:
Virgilius tñ Ararim q̃z noĩat/ Et Seruius dicit/ Arar fluui⁹ eſt Gallie/ q̃
in Rhodanũ defluit. Fo. xvij. ca. ix. inter Cyliciã Sϊriaſq̃z/ ſic ſtaret/ inter
Ciliciã Syriaſq̃z. Fol. xviij. ca. x. Cephalnia/ ꝓ Cephalonia: fame idei mõ
tis/ ꝓ fama ⁊c̃. grife cando/ ꝓ Grise/ Caudos. fo. xix. ca. j. vt doctoribus
placet/ ꝓ vt doctiorib⁹. fo. xx. Sequit̃ galle lat⁹/ ꝓ Gallie: Vicenis amnis
ꝓ annis. Fo. xxj. ca. vj. viuẽdi fatietas/ ꝓ ſacietas. fo. xxij. ca. vij. plus in=
geris ſpacio/ ꝓ iugeris. Fol. xxiij. Ca. x. patula/ ꝓ patule. Fo. xxiiij. Me=
reni/ ꝓ Meroeni. Fo. xxvj. ſolicitudo ĩ diẽ vaſta/ ꝓ ſolitudo: Caroblepas
ꝓ Catoblepas. Fol. xxvij. in poratione/ Veneti in ucem/ pro in lucem.

¶ Jn cõpendio. Ca. j. in Titulo: De terras in q̃nq̃z zone partitiõe/ ſic ſtaret
De terre ĩ quinq̃z zonas partitiõe: tauto/ ꝓ tãto: ſub Torpicis/ ꝓ ſub Tro
picis. Ca. iij. duas palellos/ ꝓ duos. Jn titulo folij verſi/ ie gñali/ ꝓ in: q̃ ꝑ
Berenicen/ q̃ ꝓ et: hora ꝙ quindecim/ ꝓ horarũ q̃ndecim. Ca. v. in fine
ignea aut er ea/ ꝓ lignea aut erea. Ca. vj. in plurimũ/ ꝓ in plurali: ille ter=
ris/ ꝓ ille ⁊ terris: vel q̃z/ ꝓ vel ꝙ: ſummouẽdi/ ꝓ ſummonẽdi: ꝑmantẽ/ ꝓ
ꝑmanẽt: Sepẽtrio/ ꝓ Septẽtrio. Ca. vij. antique cauatas/ ꝓ antiqui: q̃ſi
tuguriũ/ ꝓ quaſi teguriũ. Ca. ix. Benactus/ ꝓ Benacus: Lemãnus/ pro
Lemanus: Collecta aqua/ cõſueuit/ ꝓ ſtare ꝯſueuit. Ca. x. Soliu⁹/ ꝓ So=
linus:: cuius littera/ pro cuius littora.

¶ Jn deſcriptione Germanie. Ca. j. circa finẽ/ q̃ cõtendũt/ ꝓ Sunt q̃ cõten
dũt. Ca. ij. implecti/ ꝓ amplecti: Jmouere/ ꝓ ĩmouero: Duo elegerũt re=
ges/ ꝓ duos: N ꝓ Ni. ſin/ ꝓ ſint. Ca. iij: ad illas/ ꝓ ad illos: Rhetijſq̃z
ꝓ Rhetiſq̃z: Vuirtenburgenſes/ ꝓ Curienſes Ca. iiij. Noſtes ſubeuntes
portũ/ ꝓ portã: xij. põtes ſublicios/ ſic ſtaret/ xij. põtes habet/ ſex lapideos
⁊ ſex ſublicios: Aſcrea/ ꝓ Altrea: ꝑterra/ ꝓ ꝑterea extremiauit/ ꝓ extenua=
uit. Ca. v. De Rhetia/ ꝓ Sedonẽſi epõ/ Curiẽſis ſitũ eſt: ex fame deceptiõe
de Sueuia: quorũ pleraq̃z/ ꝓ quoꝝ pleraq̃z nomina.

348-

B572
W57[illegible]